



W.A. 1001

.M7

100

7

MONUMENTA HISTORICA
SOCIETATIS JESU

NUNC PRIMUM EDITA

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS

EPISTOLAE
P. HIERONYMI NADAL

SOCIETATIS JESU

TOMUS III—(1566-1577)

MATRITI
TYPIS AUGUSTINI AVRIAL
via S. Bernardi, 92.
1902

EPISTOLAE
P. HIERONYMI NADAL

SOCIETATIS JESU


AB ANNO 1546 AD 1577

NUNC PRIMUM EDITAE ET ILLUSTRATAE

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS W

TOMUS TERTIUS

(1566-1577)



MATRITI
TYPIS AUGUSTINI AVRIAL
via S. Bernardi, 92.
1902

Cum approbatione superiorum.

10077

PROOEMIUM TERTII VOLUMINIS

En tibi, lector benevole, tertium et ultimum epistolarum Natalis volumen exhibemus; ultimum quidem epistolarum, non autem caeterorum Natalis scriptorum; sequetur enim quartus tomus, in quo praecipua illius egregii viri monumenta, quae ad historiam Societatis novam lucem addere poterunt, simul collecta proferemus. In hac autem praefatione ab ordine in prioribus voluminibus servato minime recedendum existimamus; ut nempe primo loco de numero, tum de natura, denique de argumentis epistolarum pauca praemittamus.

I. *Epistolarum aliorumque monumentorum numerus.*—Ac primo quidem, quae de copia monumentorum in hoc volumine edendorum in prodromo secundi voluminis dicebamus, «uberiorem, scilicet, segetem ad tertiam ejusdem [Natalis] in Germaniam missionem sub S. Francisco de Borja pertinere», jam suis ipsemet lector oculis perspicere poterit. Et re quidem vera, epistolas non minus 275, hactenus in diversis tabulariis delitescentes, haec exhibemus, a mense scilicet Februario anni 1566 ad Decembrem 1577 datas; quarum 169 sunt P. Natalis autographae vel archetypae, eaeque longae ut plurimum ac documentis historicis locupletes. Iis respondent 106, et amplius, Natali a Borgia vel ab aliis datae; quibus, sive in annotationibus, seu in appendicibus, accedunt 167 monumenta historica, etiam inedita, ad ipsarum epistolarum argumenta illustranda. In hoc ultimo numero continentur 18 litterae, a nobis post primi vel secundi vo-

luminis editionem repertae, quas in *Supplemento* totius seriei simul ordine chronologico reponendas duximus ad calcem hujus voluminis.

Exstat praeterea ingens numerus epistolarum, vel a Natali, vel ejus nomine, ad universam Societatem scriptarum eo tempore, quo ille vicarii generalis officio fungebatur pro generali praeposito Borgia, qui in Hispaniam a summo pontifice Pio V, comes cardinalis Alexandrini, ad regem Philippum missus fuerat. His profecto litteris plura nostrae seriei volumina implere possemus; ab iis tamen hoc loco edendis nobis abstinendum existimavimus; licet enim a Natali datae fuerint, ad Borgiam potius spectare videntur, cujus nomine et auctoritate, P. Natalis Societatem gubernabat. Paucas nihilominus ex iisdem hic inserendas censuimus, quae ad Natalis gesta illustranda collaturae videbantur, praetermissis interdum paragraphis, quae ad Natalem minime spectant. Et haec de copia monumentorum.

De ratione autem a nobis servata in illorum editione, diximus jam in praefatione generali, quae habetur in ipso vestibulo primi voluminis, pagg. xx-xxii.

2. *Epistolarum et monumentorum genera.*—Ut priorum voluminum, ita hujus monumenta ad intimam Natalis cum praepositis generalibus Societatis communicationem de provinciarum, collegiorum et personarum negotiis, magna ex parte attinent. Unde facile intelligitur ejusmodi epistolas historiographis potissimum utiles, ne dicam necessarias, existimandas, ut rerum gestarum veritatem attingere queant. Et hoc genere continetur maxima nostrorum monumentorum pars. Sunt nihilominus et alia, inter quae primum locum sibi vindicant nonnulla magni momenti documenta, a PP. Natali, Canisio et Ledesma subscripta, et Borgiae data, ut sancto Pio V, de exitu conventus augustani sollicito, exhiberentur; quae quidem aliis similibus monumen-

tis, tum legati Commendoni, tum ejus auditoris Joannis Andreae Caligari et aliorum, illustrantur. Ad genus familiare adscribenda videntur, non solum epistolare commercium Patris Natalis cum Everardo Mercuriano annis 1574-1577 habitum, sed etiam nonnullae Borgianae litterae, seu partes litterarum, de rebus domesticis Societatis, Natali datae, et paucae aliae Patrum Ribadeneirae, Jimenez, et siqua alia similis reperitur. Aliud est epistolarum genus, cardinalium scilicet, vel aliorum principum postulationes, nunc praeposito generali, nunc ejus secretario, nunc vicario generali exhibitae, quibus hominum Societatis opera, sive pro novorum collegiorum erectione, seu pro fide catholica sacris ministeriis defendenda, exquiritur. In iis egregiae prorsus censendae sunt cardinalis varmiensis Stanislai Hosii et augustani praesulis Ottonis Truchsess de Waldburg epistolae, in appendicibus et supplemento potissimum repositae. His adde nonnullas litteras patentes, rebus Natalis illustrandis apprime utiles. Et hactenus quidem de epistolarum generibus.

3. *Res in epistolis seu monumentis pertractatae.*—Reliquum est ut de rebus et negotiis in hisce monumentis pertractatis breviter disseramus. Cum autem maxima litterarum hujus voluminis pars in rebus a Natali annis 1566-1568 in Germania, Belgio et Gallia patris versetur, ipsa rerum gestarum successio et ordo nos invitat, ut primo loco in scenam proferamus negotia religionis in Germania, ad quae Societatis opera ab egregio et sancto pontifice Pio V adhibita fuit; tum, Societatis progressus in iisdem et in aliis regionibus; tandem res ad personam Natalis propius pertinentes. De hoc igitur triplici argumento ex ordine a nobis dicendum videtur.

1.^{um} *Negotia religionis.*—«Cum, igitur, septima die Januarii Pius papa V, summus pontifex, diuino potius quam humano consilio electus fuisset» nihil potius habuit, quam in Ger-

maniae regiones, hinc ab haeretica labe, inde a turcarum incur-
sibus, divexatas, oculos convertere, ut religioni catholicae
maxime periclitanti opem praesentissimam afferret. Imperator
Maximilianus II, ut sibi pro bello contra turcas subsidia compa-
raret, conventum Augustae Vindelicorum edixerat, in quo etiam
de religionis negotiis agitandum passim fama spargebatur. Sum-
mus pontifex, ut nullum pro catholica fide tuenda lapidem non
moveret, «cōsilio et auxilio Societatis se velle uti» sancto Fran-
cisco Borgiae significavit (3) ¹. Cum enim eum Borgia «adiisset
et obedientiam, suo et totius Societatis nomine, circa missiones,
pro instituti nostri ratione, obtulisset, commoveri visa sunt vi-
scera summi pontificis, et pergratam eam oblationem sibi acci-
dere significavit; ac in Germaniam ad dietam imperii aliquos
viros selectos, et in alias Germaniae partes alios mittendos esse
censuit, et cathalogum sibi dari petiit eorum, qui ad hujusmodi
missiones idonei viderentur». Dedit ei catalogum Borgia triginta
fere operariorum; et ex iis Hieronymus Natalis et Jacobus Ledes-
ma selecti sunt, qui conventui augustano interessent (3, 4, 753,
754). Alios in alias partes mittendos curavit pontifex (3,4).

Natali, cum Ledesma in Germaniam proficiscenti, instructio-
nes Borgia tradit sapientia et prudentia plenas, tum ad pontifi-
cis mandata quam accuratissime exequenda (3-5), tum ad pro-
vinciarum Germaniae, Austriae et Rheni lustrationem maximo
ipsarum fructu et proventu perficiendam (5-9). Ut autem nihil,
quod ad felicem exitum conventus augustani conferre posset,
praetermitteretur, duobus hispanis Beatus Petrus Canisius, pon-
tificis jussu, adjunctus fuit, cujus operam, cum primis utilem
catholicae religioni, summis laudibus extollebat cardinalis Amu-
lius, cardinali Commendono scribens (753).

Maxima rerum Augustae gerendarum difficultas in eo versa-

¹ Ut res in hoc prooemio indicatae facilius inveniri possint, singulis
fere paragraphis numeros uncinis inclusos subjicimus, qui paginas indi-
cant, ubi singula argumenta tractantur.

batur, quod imperator nimis erga haereticos indulgens, pontifex e contrario nimis rigidus aliquibus videbatur. Propositiones, ab imperatore pontifici exhibitae, huic prorsus displicuerunt (66). Haec omnia inter sese Canisius et Natalis conferentes, e re fore duxerunt pontificem caesari benevolum reddere, idque nulla ratione facilius se impetraturos existimarunt, quam procurando ut pontifex subsidia imperatori pro bello turcico elargiretur. Id autem per Borgiam facile assequi posse censuerunt (49, 50, 66).

Haeretici inter haec, comitiorum occasionem minime sperendam putantes, ad certamen se accingunt, de religionis negotio collationem institui satagunt, libellos contra pontificem romanum et Societatis institutum scribere aggrediuntur, comes palatinus impiger in arenam descendit, et in convivio, ad quod ipse cunctos principes et catholicos et protestantes invitaverat, libellum veneno errorum refertum convivis singulis porrigit. Improbum donum repellit augustanus praesul, talesque libros se neutiquam legere palam profitetur. Instat comes, ut libellum antistes accipere velit. Tum augustanus, importunitati comitis cedens, librum capit, hac tamen conditione, ut comes promittat responsionem libello dandam lecturum. Hujus autem responsionis lucubrandae cura Patri Canisio demandata fuit (83, 126); sed, re melius considerata, et cardinali et Patribus liber palatini indignus responsione visus est (191).

Quantopere autem insudaverint Patres Natalis, Canisius et Ledesma in haereticorum conatibus confringendis, in ecclesiae et concilii tridentini dogmatibus et juribus tuendis, in catholicorum animis inter sese et cum romano pontifice conjungendis, mirifice elucet in monumentis archetypis, ex Vaticanis tabulariis a nobis depromptis, et in publicam lucem eductis, ad quae lectorem remittimus (90-104); quibus novam claritatem impertiuntur epistolae Natalis de iisdem negotiis Borgiae datae (110-112, 119, 122, 123, 136-138, 180, 181); et hujus responsa (130-132, 148-151, 158, 159).

Quod vero aliqui de sancto pontifice Pio V non recte scripserunt, eum, velut hominem imperiosum, «et qui nullas rationes voluntati suae contrarias admitteret» nobis depingentes, luculenter refellitur ex epistola Borgiana 18 Maji 1566 ad Natalem data, in qua perspicue potius apparent immortalis illius viri prudentia, benignitas et comitas in audiendis et amplectendis aliorum consiliis (130-132). Hisque et aliis virtutibus maximam sibi inter germanos auctoritatem conciliavit, ejusque acta typis edita non sine fructu a multis legebantur (374, 491).

Quid porro sentiendum de fructu ex augustanis comitiis a catholicis percepto? Hac de re aliter alii senserunt. Si autem ipsos viros, qui hujus negotii pars magna fuerunt, audiamus, pontifex quidem romanus successu comitiorum contentus admodum evasit. «Ben intendiamo che sta Sua Santità assai contento del successo della dieta, confessando lui stesso che non lo aspettava tanto buono, et li catholici, massime prelati, hanno etiam superata la spettatione, massime quanto allo accettar il concilio, dil che tutti ci siamo consolati in Domino» (159). Ita Borgia Natali 18 Junii 1566 referebat. Si autem ipsum Natalem consulamus, en, inter alia, quae suo praeposito 19 Julii ejusdem anni nuntiabat: «Partí de Augusta y de la dieta, que se acabava, al fin de Mayo, con buena gratia y licentia del Illmo. legado, el cual dió grandes señales de ser muy contento del servicio que auíamos hecho los tres á la sede apostólica y á Su Señoría Illma. Y realmente, Padre, aunque poco a parecido al público el servicio, por auer sido en cosas secretas, mas an sido de tanta importancia, que puedo bien tornar á dezir lo que e dicho otra vez: que entonces entendimos más claramente al particular por qué Dios nuestro Señor nos embió y coniunjió con el P. M. Canisio. La cosa vino en tales términos, que fué bien menester, por la contradicción que en ello auía, que se mostrase rostro, y firmeza, y doctrina: el peligro era tan grande, que por menos se auía de venir á un scisma vniuersal etc. Trabajamos tanto todos después de pascua,

que apenas teníamos tiempo para comer y dormir... El P. Canisio admirablemente ayudó con sus prédicas en la quaresma y conuersaciones con tudescos: fuimos él y yo á visitar los príncipes ecclesiásticos, y se hizo fructo, vltra de lo que ayudó mucho en los negocios. El P. Ledesma juntamente ayudó mucho...» (180). Et haec de conventu augustano.

Cum autem postea cardinalis Granvellanus rescisset comitem palatinum cum Theodoro Beza, calvinianae haeresis duce, conuenticulum quoddam Erfordiae cogere meditari, id impedire volens, ad Borgiam confugit, qui per Natalem et Canisium haereticorum conatus frustrari satagit (232-234, 273, 274, 286). His pro religione laboribus haud contentus sanctus Franciscus Borgia, magno subsidio catholicae fidei, tum inter haereticos tuendae, tum ad paganos propagandae, futurum existimavit, si summus pontifex congregationem cardinalium institueret, quorum studiis et laboribus in unum conspirantibus, majori in dies alacritate lumen veritatis in regiones adhuc tenebris et umbra mortis involutas inueheretur. Nec spem fefellit eventus, nam Borgiae propositum sanctus Pius V ambabus ulnis amplexatus, illas cardinalium congregationes instituit, quae incunabula quodammodo fuerunt illius egregiae congregationis de propaganda fide, quam deinde Gregorius XV plenius ac perfectius instituit (625, 626).

2.^{um} *Societatis incrementa, et opera.*—Quantum vero Germania, Flandria, Gallia, Polonia, debeant Societati Jesu, quantum ejus praeposito Francisco Borgiae, quantum utrique Canisio, Natali, Polanco, cardinali Ottoni de Truchsess, aliisque illius aetatis clarissimis viris, mirifice in his epistolis conspicitur; sed cum impossibile sit in hac praefatione cuncta persequi, breviter annotabimus nonnulla, quae in hoc volumine continentur.

Utque ex BORGIA initium faciamus, en quibus ipse suavissimis verbis, amoris erga Germaniam sensa Natali aperit: «... Sepa,

Padre charísimo, que de cada día doy mayores gracias al Señor por su ida á Germania, pareciéndome que con ella se me quita vn gran cuydado en las cosas dessas prouincias, y que ternán pastor que las ama, y guardará y ayudará con diligencia; y como sea esto vno de los principales negocios que la Compañía tiene en Europa, mucho me consuela lo que digo, esperando en el Señor que su ida fué para esto más que para la dieta, pues me dizen que en breve se acabará, y así de nueuo se lo bueluo todo á encomendar,» etc. (50, 51). In collegiis romano et germanico, et in domo probationis sancti Andreae, optimos Germaniae operarios praeparat (13, 51, 66, 69, 87, 151, 201, etc.). Animos regum et principum sibi et Societati conciliat (52, 66, etc.). Curam valetudinis subditorum, et praecipue Natalis, habet (68, 149). Spiritum orationis et paupertatis in Societate fovet (53, 325, 326, 378). Pontificem Germaniae beneuolum et indulgentem reddere satagit (158). Selectissimos operarios in illas tam charas regiones, Natalis rogatu, mittit (511). Domum probationis Coloniae melius quam alibi successuram existimat (625). Vitam sancti Ignatii scribi a P. Ribadeneira curat (365, 377, 402, 489-490, 538-540). Galliae quoque et Flandriae collegia optimis viris dotari iubet (478, 486, 510, 554). Felicia et laeta nuntia de totius Societatis statu Natali scribere gaudet, inter quae notatu digniora sunt Claudii Aquavivae in Societatem admissio (507), Japoniae, Cinae, Aethiopiae, Brasiliae etc. expeditiones, labores sociorum, fructus (529-535). Amorem paupertatis religiosae novis decretis munit (53). Sancto Pio V charus, multas ab illo Societati gratias obtinet (10, 13, 52, 53, 595), in quibus speciali mentione digna est facultas absolvendi relapsos in haeresim, a Natali et Canisio pro Germaniae bono postulata (362, 363, 486). Collegiorum Spirae, Herbipolis, Francofordiae, Olomutii, Augustae, Trebonae, et aliorum institutionem promovet, fovet, eaque per Natalem solide fundari et provehi curat (7, 11-13, 86, 150, 178, 202, 222, 229, 234, 235, 281, 289, 364, 399, 400, 416, 417, etc.).

B. Petrum Canisium concionando et scribendo Germaniae bono efficacius inservire posse existimat (58, 59). Fuggerorum familiae amantem se exhibet (125). Reginis, filiabus Ferdinandi I caesaris, Societatis confessarios desiderantibus, ita satisfieri curat, ut sine detrimento disciplinae religiosae id fiat (127, 323, 326, etc.). Canisio sacris expeditionibus, quae ei et provinciae impedimento erant, liberari cupienti, morem gerit (67, 115, 128, 209, etc.). Preces pro ducis Saxoniae conversione indicit (148, 149), et pro salute archiducis Ferdinandi (150). Summo pontifici obsequentissimum se praebet (149, 228, 233, 322, 482). Difficultatibus gravioribus provinciae Germaniae diligenter providet (177). Collegio germanico non nisi selectos juvenes destinari jubet (178, 179, 201, 221, 227, 253). Officii visitoris regulas, decreta congregationum, et ordinationes generales Natali mitti curat (227, 402). Congregationis decretum de non suscipiendis oneribus nimis in collegiis strenue defendit (228, 477). Cum pontifex decrevisset non promovendos ad ordines sacros religiosos ante professionem, consulit Borgia theologos et provinciales Societatis de ratione tenenda in hac re, ut pontificis decretum cum nostris constitutionibus componatur (480-483). Natalem in Galliam properare jubet (579, 605). Collegiorum provinciae Flandro-Belgicae multiplicationem et incrementa fovet, socios selectos Roma mittit (546, 554, 557-563, 575, 576, 579-582).

Natalem Societatis vicarium constituit, et in Hispaniam proficiscitur cum cardinali Alexandrino (648, 649). Laudantur ejus virtutes et gesta. Pie moritur Romae (657-662).

BEATI PETRI CANISII gesta pro ecclesia, pro Societate, pro Germania, in maxima parte epistolarum hujus libri collaudantur. Licet jam ex dictis sub numero I.^o hujus prologi clare appareat Canisii operam, consilium, auctoritatem maxime ad felicem exitum comitiorum augustanorum contulisse, juvat tamen hic singillatim pauca afferre, quibus tanti viri gloria clarius splendeat. De illo Natalis, cum dixisset, quater in hebdomada tunc temporis

concionari solere, et insuper imperatricem petiisse ut semel etiam matronas aulae regiae alloqueretur, haec addebat: «Ha grand' autorità appresso l' Illmo. legato, et Rmo. nuntio, et tutti li prencipi catholici. Confessasi con lui *publice* nella chiesa maggiore, et dice messa *publice* nella capella nostra le feste et domeniche l' Illmo. legato» (26, 37). Alias de Canisii laboribus, deque ingenti fructu ex iisdem collecto, haec Borgiae nuntiabat: «...Il P. Canisio hebbe, questa settimana santa specialmente, gran concorso nelle sue prediche, alle quali *etiam* sono uenuti parecchi heretici (*quorum corda Deus benedictus sua misericordia illuminare dignetur*): giouedì et venerdì santo predicò sette o otto hore; imperochè giouedì dopo mezzo giorno incominciò a predicar' *de Passione* per doi o tre hore, et venerdì fece doi altre prediche, seguitando la istessa materia per cinque altre hore. La domenica dell' oliua publicò il giubileo ultimamente concesso dalla santità di nostro signore, il quale ha guadagniato gran numero de genti. È stata cosa di grandissima edificatione et consolatione nel Signore nostro, et confusione a heretici, uedere la frequentia, la deuocione et emulatione, la pace et charità christiana che questa settimana santa s' è uista nel domo nelli offitij diuini, et nelle altre chiese...» (61, 62). Cum autem experientia compertum haberet Canisius simul hos fructus et suae provinciae rectam administrationem impediri sacris per Germaniam expeditionibus, ipsi anno superiori commissis, saepius suis moderatoribus has et alias grauiores difficultates exposuit, ut ab illis liberaretur (35, 36, 59, 128 etc.) Dolebat praeterea sanctus vir, adolescentium in Societatem admissorum institutionem non tam accurate exigì, quantum, et religionis institutum, et Germaniae status, postulabant. Ideo quantum potuit curavit, ut optimi magistri novitiorum, pro suae provinciae tirocinio, Romae formarentur (144). Libertatem quoque Societatis strenue, cum P. Natali, vindicavit, Eckio ducis Bavariae cancellario repraesentans quantum disciplinae religiosae nocerent patrocinia discolis vel etiam

apostatis exhibita (293). Natalem, cujus prudentia, industria et indefesso labore tantum juvari Germaniae provinciam cernebat, ibidem longius immorari curavit (251). Cum autem provinciae onere gravaretur, praesertim cum magnis eo tempore tribulationibus illa vexaretur, de quibus in epistola ad Natalem data lamentabatur (472), nullo pacto illo munere Canisium exonerandum censuit Natalis, nec enim alium, qui ei digne succederet, se scire fatebatur (494). Et haec de Beato Canisio sufficient; quamvis enim multa alia, eaque magni ponderis, in hisce litteris reperiantur, qui hujus egregii viri gesta plenius cognoscere aveat, ejusdem epistolas, ab erudito P. Ottone Braunsberger editas et edendas, adeat necesse est.

3.^{um} *Gesta Patris Nadal.*—Quamvis res hactenus dictae magna parte ad Natalem referantur, ejus gesta nunc singillatim attingenda videntur. In hoc igitur tertio epistolarum libro ea pars vitae Natalis continetur, quae ab ejus in Germaniam expeditione, die 7 Februarii 1566, usque ad ipsius beatam mortem, 5 Aprilis 1580, excurrit. Haec autem ultima vitae Natalis pars tripliciter dispertiri commode potest; nam primo inspectoris, seu ut ajunt «visitatoris» munus obivit duobus annis cum dimidio, scilicet, a mense Februario 1566 ad Augustum 1568, in provinciis Germaniae, Austriae, Rheni, Flandriae et Galliae. Secundo, vicarius generalis a Borgia nominatus, totam Societatem (demptis Hispaniae provinciis usque ad reditum Borgiae) gubernavit ab initio Julii 1571 ad ineuntem Octobrem anni 1572. Tertio, ultimam senectutem transegit procul a negotiis, partim Halae in Germania, a mense scilicet Majo 1574 ad Julium 1577, partim Romae, a vere anni 1578, usque ad ipsius obitum, 5 Aprilis 1580. De singulis hisce partibus breviter disseremus.

a) *Natalis inspicit varias provincias.*—GERMANIAM SUPERIOREM, primo loco, et summa quidem diligentia, peragravit,

non labori, non itineribus parcens, a die 8 Aprilis 1566 ad 20 Julii ejusdem anni; et deinde (post Austriae inspectionem) a die 3 Octobris usque ad finem Novembris 1566. Sex igitur menses impendit in Germaniae collegiis perlustrandis, quibus septimus addi potest ab initio sc. Martii ad primos Aprilis dies; nam etsi eo tempore negotiis potissimum augustani conventus distineretur, multa jam tunc cum moderatoribus provinciae, multa cum Borgia, de rebus et personis Germaniae contulit (5-62. Expetitus multo antea a Patribus germanis et a cardinali augustano Ottone Truchsess (2, 845-850), alacri Natalis animo iter Germaniae arripuit, et fortiter, inter nives, pluvias et pericula, confecit (15-18). Cumque bellum turcicum immineret, in illud proficisci exoptat, ut militibus subsidia religionis conferre valeat; sed dissuadet id Canisius, et Borgia utiliorem operam in collegiis Germaniae invisendis positurum existimat (19, 34, 56, 70). Scribendi ministerium pro virili fovet (21, 25, 26, 37, 43, 73, 821, 822). Augustinianam confessionem, orthodoxo calamo scriptam, augustanae confessioni opponi probat (21). In Kemnitium libros apologeticos a Paiva scribi satagit (84, 123, 356, 357, 435). Libello comitis palatini a Canisio responderi curat (72, 73). Ab imperatrice primum, dein ab imperatore comiter exceptus, illorum erga Societatem benevolentiam demereri studet (27, 37, 39, 49). Germaniae amantissimas, optimis illam operariis et scriptoribus dotari enixe postulat (32, 33, 42, 51, 155, 201, 216, etc.). Juvenes aptos ad Societatem quamplures admitti exoptat, et 50 alumnos germanos Romae a pontifice sustentari cupit (138. Novitiorum domui contributionem collegia pendere curat (332, 782, 783). Pro collegio romano laborat (193. Votorum simplicium Societatis firmitatem defendit (194). Canisium sacris expeditionibus liberandum, idque pontifici romano suadendum putat (133, 135, etc.). Erga Germaniam summa benignitate utendum censet, idque enixe S. Pio V proponendum saepius inculcat in suis epistolis Borgiae datis, ex

quibus haec excerpere sufficiat: «Possiamo anchora et debbiamo dir questo, che uediamo per sperienza; che è necessario con queste nationi usar' de gran moderatione et longanimità, il che specialmente si desidera sia persuasso a tutti, perchè realmente sono grandi necessità et accidenti per queste bande, che fanno alla persona mouersi a compassione, et hauer' di cercar' spediendi, con grande charità et mansuetudine nel Signore, come ho detto» (139, 146, 147). Monachiense collegium lustrat, augustinianos fratres sibi et Societati benevolos reddit, novitios ab iisdem segregat, disciplinam religiosam provehit (166, 181, 182). Ingolstadienses consolatur, collegium ordinat, libertatem Societatis apud Eckium defendit (183, 184, 189). Doctorum Peltani et Pisani discordiae remedia adhibet (298). Dilinganum collegium inspicit, foundationis instrumentum ad mentem constitutionum Societatis reformari (185-187, 197, 327-330), et Augustae aliquod collegii principium fieri curat (187-189, 246, 301). Cum vero collegium Oenipontis non bene procederet, tum rectoris Dirsii, tum ministri Hoffaei causa, multum ibi insudare debuit Natalis, ut novus rector eligeretur, et aliae res collegii ad normam nostrarum institutionum, sine reginarum offensione ordinarentur (274-277, 279, 285, 291, etc.)

AUSTRIAE ET BOHEMIAE collegia, a die 27 Julii ad ultimos dies Septembris eodem anno 1566 invisit Natalis (236-238, 255, 256); nec sine gravibus periculis Danuvium flumen enavigavit (198, 207, 208), et per Moraviam finitimasque regiones, militibus magna ex parte haeticis frequentes, longa itinera peregit (256). Vindobonam pervenit die 27 Julii, ibique consueta inspectionis ministeria obivit, multaque praeclare constituit (256-258), indeque proficisci statuerat 12 Augusti; sed iter in sequentem diem differre coactus est, ob imperatoris egressum, qui cum exercitu in Hungariam se conferebat (213-215). Inde Tirnaviam petit, res collegii in ordinem redigit, rectoremque Petrum Hernath, Hurtado Perez substituit, huncque collegio olomucensi

praeponit (245, 258-260). Hisce peractis, Posonium, Olomutium et Cremsirium venit, ubi episcopum olomucensem Gulielmum Prussinowsky congregatur, et cum eo de collegio erigendo colloquitur (222, 223, 258). Laurentium Magium provincialem Austriae creat (230, 231). Postea Pragam se confert, ubi res Societatis recte procedere ait, ut in tota Austriae provincia (237, 263-266). Rebus et personis collegii pragensis inspectis, Casanovam et Trebonam digreditur, deque novo collegio ibi condendo multa in suis ad Borgiam epistolis enarrat (238-240, 266-269, 312-314).

POLONIAE provincia, quae operariorum inopia laborabat, a Borgia et Natali juvatur (45, 69, 70, 113, 127, 176, 177, 283, 509, 510). Braunsbergae et Pultoviae collegia novis magistris distantur (160, 161, 237). Polonos socios invisere exoptat Natalis, sed id exequi impeditur (199, 221). Cardinalis Hosii ardens gloriae divinae et religionis incrementi desiderium multis in epistolis ab ipso datis mirifice elucet (792, 793, 799, 803, 806, 810, 811). Franciscum Sunnerium non revocari, sed in Polonia relinquere cum officio vice-provincialis a Natali procuratur (214, 215).

RHENANAM provinciam inspecturus Natalis, prius cum Canisio et Jimenez suo socio Herbipolim adiit, ubi de collegio erigendo negotiatus est, et Aschaffenburgum die 25 Novembris advenit (315, 777). De civitate herbipolensi, de ejus episcopo, de capitulo et de statu religionis longius disserit (333-339). De spirensis autem collegii origine, difficultatibus, et conditionibus in instrumento foundationis exprimendis etc. frequens mentio fit in toto hoc volumine, praesertim vero in locis hic notatis (234, 235, 352-355, 394-396, 445-447, 756-759, 769-771). De collegii etiam moguntini dotatione et promotione cum archiepiscopo et electore moguntino Aschaffenburgi tractavit (367, 390, 391). Moguntiam vero accedens, consuetam lustrationem exsecutus, collegium a convictu sejunxit, domesticam disciplinam promovit, socios ad perfectionem est cohortatus (382-389, 796). Francofordienses autem socios, licet pauci illic degerent, invisere non omisit, mul-

tumque de ea domo supprimenda deliberavit. Tandem, consulto Borgia, duos socios ibi reliquit in eadem domo dominicanorum, ubi commorabantur, donec aliud a praeposito generali statuere-tur (355, 391-394, 465). Porro in contractibus foundationum ma-gnam offendit Natalis difficultatem, duplici potissimum de causa. Primo quidem, collegiorum institutores obligari Societatem ad dandum, praeter magistros artium et litterarum, etiam conciona-torem et theologiae moralis saltem unum lectorem expetebant. Id autem constitutionibus repugnare videbatur, ubi de collegio, non de universitate instituenda ageretur. Altera difficultas ex ingenti professorum numero oriebatur, qui in formula institutio-nis collegiorum praescribebantur. Multum quidem laboravit Na-talis, ut in his et in dotatione exigenda facilius germanis redde-retur collegiorum erectio. Ast ubi Borgiae mentem ex ejus litteris cognovit, miro obedientiae exemplo proprium iudicium deposuit, ut suo moderatori morem gereret (439-445, 449-456, 477).

Colonienses quoque, multis adversariorum vexationibus obno-xios, opportune admodum invisit Natalis, eosque mirifice recrea-vit. Nec solum verbis et solita eos affabilitate consolari studuit, sed opere plura valde utilia effecit, inter quae memoratu digna est illa petitio Borgiae facta, ut litteras commendatitias a ponti-fice postularet, quas quidem dedit pontifex urbi et universitati, non sine summo collegii emolumento (405, 406). Pulchrum insu-per illius collegii elogium scripsit Natalis, ubi haec inter alia ha-bentur: «Questo collegio, Padre, è molto utile, et molto pouero, et ho per certo che Iddio specialmente concorre con esso et co'l rettor suo. Et realmente, come mi son marauegliato molte uolte del collegio de Roma, come si sustenta, così ancora di questo mi maraueglio; et credo, Padre, che c' è qualche concorso speciale del signore Iddio, per il gran frutto che s' è fatto in questa città et prouincia, et s' aspetta maggiore con la diuina gratia, essendo che si fa ogni cosa puramente per aiutar' l' anime et seruar' il fin del nostro istituto» (427-429).

Vixdum Coloniam venit Natalis, de sociorum, qui in Frisia versabantur, magnisque calamitatibus oppressi, domi latere cogebantur, consolatione cogitavit. Ad se P. Andream Boccatium vocat, et remedia opportuna rebus tam afflictis adhibet (425 427).

Coloniae permansit a die 24 Februarii ad 2 Aprilis; qua die Augustam Trevirorum petiit (397, 431), quam 6 Aprilis attigit (789). Unum mensem et amplius in illo collegio adjuvando impendit, simul de negotiis communibus Germaniae cum Borgia per epistolas conferens. Inter alia, de vestitu a sociis in Germania gestando (432-434, 790, 791), de formula in collegiis fundandis adhibenda, de collegio herbipolensi rhenanae provinciae adscribendo; et cum Oliverio Manareo, qui eum convenit, de collegio virdunensi et de variis negotiis provinciae Francia consultavit (458, 466, 467, 470). His expletis, die 9 Maji profectus fuit Leodium «hauendo (ait Vinckius, rhenanae provinciae praepositus) per la sua presentia et essortationi et direttione molto adiutato et consolato questo collegio» (794).

In provincia FLANDRIAE multo longius immoratus fuit Natalis, uno scilicet anno et ultra; nam Leodium cum P. Costero, provinciae Flandriae praeside, veniens medio fere mense Majo anni 1567, non ex illa provincia discessit usque ad 15 Junii anni sequentis. Et primo quidem Lovanium venit et Bruxellas, ubi 21 Maji versabatur (464, 485). Audomaropolim quoque se contulit (496), ut illius collegii foundationem promoveret, et Leodium rediens, ad Spadanum seu Spaensem fontem per duos menses, viribus fractis restaurandis operam dedit (473, 495, 518), id est, a mense Junio usque ad 12 Augusti. Eodem tempore cum P. Vinck de rebus provinciae a se inspectae collocutus, noluit de ea quidquam statuere, eo quod secundum «regulas visitatoris», a Borgia recenter promulgatas, inspecta provincia, jurisdictionem nullam in illam retinet «visitator» (797, 798); consilia tamen sua Patri Vinck non denegavit. Jam rebus Flandriae ordinandis operam navare coepit in collegio leodiensi, cujus insti-

tutionem valde urgebat Costerus; Natalis autem potius differentiam censebat, ut firmiter consolidari posset (253, 254, 501, 502, 519, 520). Antverpiensis collegii initia, missis illuc selectis viris, praeparantur (535-538, 554, 593). Provincialia comitia, praesidente Costero, et superintendente Natali, Lovanii habentur, in iisque Maximilianus a Capella procurator eligitur (564). Plura denique habentur in hoc libro, tum de tornacensi collegio a geusiis vastato (251) et hac occasione solidius fundando (499), tum de duacensis collegii incunabulis (560, 572, 583-586, 606, 607), tum de dionantini difficultatibus (562), deque multis aliis, quae hic singillatim persequi non vacat.

Duas tandem GALLIAE provincias, quantum publicae regni perturbationes fragorque bellorum pertulerunt, multis tamen collegiis praetermissis, Natalis perlustravit, a die 15 Junii anni 1568 ad 31 Augusti ejusdem anni. Et certe tot difficultates in iis temporum adjunctis a sociis superandae erant, ut Natalis inspectio necessaria prorsus existimaretur, ejusque adventus summo studio desideraretur; nam operariorum inopiae, praesertim hominum regimini idoneorum, aliisque necessitatibus per illum subveniri posse sperabatur (577, 578, 590, 605, 808). Edmundi Augerii praeclara gesta enarrantur, qui gratissimus erat reginae, principibus et cardinalibus Borbonio et Lotharingio (609). Maldonatum autem, clarissimum parisiensis academiae ornamentum, quem Lovanium transferri exoptabant, atque adeo procurabant, nonnulli hispani, non solum Lutetia amoveri impedivit Natalis (612, 613); sed etiam altero selectissimo theologo illam urbem dotari procuravit (620). Sociorum parisiensium aspectu consolatus, spem magnam illius collegii concipit (620). Virdunum, fervente aestate, cum episcopo proficiscitur, collegium invisit, fratres pestifero contagio eripere et alio transferre satagit (621, 622). Camberiacum sexta Augusti attingit, collegium inspicit, aedes a sociis inhabitatas tam incommodas reperit, ut alio prorsus illos transferendos censeat (627, 628). Inde Lugdunum se confert,

comitiis provinciae interest, collegia cuncta Galliae invisere cupit; sed, consultis Patribus antiquioribus, et cognita Borgiae mente, qui Natalem Romam redire exoptabat, Galliae valedicit, et Urbis iter arripit (631-634, 639, 640).

b) *Natalis, Societatis vicarius generalis*.—Die 30 Junii anno 1571 Franciscus Borgia, jubente summo pontifice Pio V, cum cardinali Alexandrino in Hispaniam proficiscebatur. Ne autem ejus ex urbe absentia regimini totius Societatis aliquod detrimentum afferre posset, vicarium generalem renuntiavit P. Natalem, qui omnibus provinciis, dempta Hispaniae assistentia, praeesset. Hoc autem officio quindecim mensibus tanta diligentia et alacritate animi functus est Natalis, ut homini provectae aetatis et affectae valetudinis «vires divinitus addi viderentur» (814). «Itaque non Romae solum totaque Italia, uerum etiam in omnibus uel Galliae, uel Germaniae prouinciis singulari Dei beneficio percommode omnia administrabantur», ut P. Jimenez in litteris annuis anni 1571 referebat (814). Duas hoc tempore academias acceptavit Societas, alteram Mediolani, Lotharingiae alteram; Fuldae in Germania collegium institutum est; duae probationis domus, Aronae scilicet in Longobardia, et Brunae in Moravia, erectae; admissa est domus professa mediolanensis; et alia multa feliciter sub P. Natalis administratione in Societatis proventum gesta fuere (815). Nec solum curiae romanae principum benevolentiam, qua erga Societatem afficiebantur, conservavit ille prudentissimus vir, sed etiam summorum pontificum Pii V et Gregorii XIII, a quo summa amoris significatione exceptus est (659, 660). Cum autem Borgia, ex Hispania redux, gravi morbo Ferrariae detineretur, totam suam auctoritatem Natali denuo contulit, Hispaniae provinciis non exceptis (815, 816). Borgia tandem vita functo, et P. Polanco vicario generali electo, Natalis, liber a sollicitudine regiminis, partim Romae, partim Tybure, vitam degebat tranquillam, et proximis utilem, quibus prodesse nunquam praetermisit, nunc scribendo, nunc fratres alloquendo,

nunc cum externis conversando (664). Electo Everardo Mercuriano praeposito generali Societatis, Natalis jam aetate provectus, et regimini prae senio inhabilis, nihil gratius Deo se praestare posse existimans, quam ut scriptis suis extremam manum imponeret, id Everardo proposuit. Mercurianus, utpote qui probe noverat amorem, quo Natalis in germanos ferebatur, gratum facturum bono seni arbitratus est, si eum in Germaniam mitteret (731, 734). Itaque Roma profectus est Natalis mense Majo anni 1574, Bononiam pervenit die 25 ejusdem mensis, Oenipontem 13 Junii, et paucis post diebus Halam, quae est urbs Tirolis, magna animi consolatione ingressus est (666, 667).

c) *Natalis in halensi collegio.*—Tribus annis et duobus circiter mensibus Halae vixit P. Natalis, ibique septuagesimum suae aetatis annum explevit. Toto hoc temporis lapsu, vel scribendo, vel suis scriptis emendandis operam navavit, et interdum aliqua superioris Germaniae collegia invisit. Singulis mensibus Everardo Mercuriano scribere semel saltem assuevit, litterasque paterno amore plenas ab illo eximio viro, qui summa prudentia totam Societatem gubernabat, frequenter recepit. Omnes has litteras simul hic edendas duximus; quamvis enim minora subsidia historiae conferant, quam praecedentes, de quibus hactenus diximus, tamen minime prorsus inutiles censi debent. In iis etenim ex una parte elucet Mercuriani erga Natalem observantia, et rerum pro Societate ab ipso gestarum memoria et non vulgaris aestimatio. En quo pacto ipse Mercurianus haec animi sui sensa Hoffaeo, Germaniae superioris provinciali, aperiebat: «...tuaque omnia collegia, ubicumque ei placuerit commorari, cupio ut pateant, atque adeo a T.^a R.^a, tanquam mihi ipsi, offerantur. Optimum enim senem, et nostrarum rerum peritissimum, redire ad uos, ut bono omni uestro esse duco, ita non dubito quin ex eiusdem diuinae prouidentiae dispositione proueniat; quia, mirabili huius apostolicae sedis beneficio, erga Germaniam, summum pontificem ad germanos iuuandos induxit» (817). «Merita et uirtus

tam boni Patris satis sine litteris, unicuique uestrum debet esse commendata. Ac propterea eum T. R.^{ae} non duco esse necessarium ut commendem, nisi, quod mihi erit quam gratissimum in Domino ut intelligat ex nostrorum erga illum reuerentia et charitate quantopere illum amem, ac uero amare debeant nostri» (819). Nec solum verbis et commendatitiis litteris, sed pecuniis ad eum missis, ut libros emere posset, Mercurianus amorem suum Natali demonstravit (694, 822). Socium insuper, qui illi opem ferret in meditationum vitae Christi editione adornanda, ex Belgio eidem mittendum curavit (721, 736). Ex altera parte in Natalis epistolis emicant solidae ipsius virtutes, praesertim vero eximia illa obedientia et reverentia erga suos moderatores, quam in schola sancti Societatis institutoris didicerat. Ex hac perfecta obtemperantia oriebatur illa animi promptitudo ad amplectenda libentissime etiam illa, quae contra ipsius consilium statuebantur, quod evenit in negotio comitis de Helfenstein (677, 678, 684). Inde illa perpetua pax et consolatio spiritus, quae saepe in suis litteris se frui testatur (695, 704, 709, 716, etc.). Animi demissio seu modestia in omnibus fere epistolis conspicitur, cum omnimoda fiducia in divina providentia et bonitate. Ex hisce virtutibus sponte enascuntur illae phrases frequentissimae in Natalis calamo «Su diuina Mtà. mi tene consolato sin merito nissuno mio» (679). «Sia ringratiato il Signor, et mi tiene il Signor consolato molto più che merito» (688). «Faccia V. P. et mi dica liberamente quel che li pare; perchè quello pigliarò io come ex ore Christi» (697). «Itaque quicquid mihi euenit, ad Dei benignitatem refero» (716). «Bono animo et laeto sum accepturus per Christi gratiam quicquid per te Dominus in me et in rebus, de quibus ago, disposuerit» (719).

Has aliasque solidas Natalis virtutes consideranti, minoris certe momenti videbuntur defectus nonnulli, aetatis potius quam morum, ab uno vel altero provinciae Germaniae Patre in eo notati, et qui aliunde in ejus ultimis epistolis interdum conspiciun-

tur. Hos «et alios id genus naevos in tali Patre dissimulandos» censebat Canisius, Mercuriano 26 Junii 1575 scribens. Mercurianus item Hoffaeo, provinciae moderatori, qui certe et Canisio et aliis egregiis viris nimis erga seipsum et erga alios rigidus videbatur, haec inter alia de Natali scripsit: «Omnes uero fratres nostros, pro sua in uenerandam illam canitiem obseruantia, aequi bonique consulturos siquid interdum paulo liberius ab ipso fieri perspexerint. T.^m R.^m iterum atque iterum postulo bonum senem, quibus poterit, studiis officiisque prosequi non fatigetur...» (824).

Tandem, expleto jam libro meditationum vitae Christi imaginibus exornato, emendatis scholiis, instructionibus et observationibus spiritualibus, aetatis anno septuagesimo, laboribus et aegritudinibus debilitatus, Germaniae frigora timere, et caelum Italiae cogitare coepit, quod quidem ei salubrius futurum medici censuerunt (731). Haec omnia praeposito generali exposuit, qui, nulla mora interposita, Natali scripsit, ut Venetias, vel Mediolanum, aut Romam se conferret, idque gratissimum sibi fore saepius, et verbis amore plenis, ei significavit (736, 744, 747). Igitur, exeunte mense Augusto, anno 1577, Italiam petiit, et Venetias peruenit 13 Septembris (748, 749). Venetiis immoratus est usque ad ver anni 1578, quo tandem Romam reversus, ultimos vitae suae annos in domo probationis sancti Andreae transegit, mirisque obedientiae, demissionis, omniumque virtutum exemplis novitiis ibidem commorantibus praefulsit, donec vinculis hujus mortalitatis solutus, die 3 Aprilis anni 1580, ad superos evolavit (751, 852).

Hujus egregii viri gesta et virtutes summis laudibus extulerunt complures sanctitate et scientia conspicui viri, in quibus singulari mentione digni prorsus haberi debent B. Ignatius de Acevedo et Gundisalvus de Silveira, qui catholicam fidem proprio sanguine confirmarunt (828-830), Gundisalvus Vaz, Michaël de Bairros (827, 828, 830), S. Franciscus Borgia (754 etc.), B. Petrus Canisius (762, 776, etc.), Emericus Forsler (780),

Franciscus Costerus (804), Didacus Jimenez (16, 814), Everardus Mercurianus (816, 818, 820 etc.), cardinalis augustanus Otto Truchsess (2, 845, etc.), Petrus de Ribadeneira (851-853), etc. Apud summos pontifices S. Pium V et Gregorium XIII eorumque curias quanto honore habitus fuerit Natalis facile ex dictis erui poterit.

Et haec de hujus voluminis epistolis aliisque monumentis praelibasse sufficiat.

NOTITIA CODICUM

MANU SCRIPTORUM, EX QUIBUS MONUMENTA HUIUS TERTII
VOLUMINIS POTISSIMUM DEPROMUNTUR

Codices manu scripti, unde hujus voluminis monumenta deduximus, partim in nostris MONUMENTIS descripti fuerunt, partim hic describendi supersunt. Primo loco recensebimus, quos jam alibi descripsimus, deinde reliquos, hoc ordine, ut prius codicum Societatis Jesu, postea caeterorum notitiam exhibeamus, unica tamen numerorum serie, quam in prioribus voluminibus tenuimus, hic servata ¹.

CODICES SOCIETATIS JESU ².

Codex 4.—*Epistolae Natalis*. Vol. II.—Descriptus in t. I, pag. xxvii.

Codex 6.—*Instructiones et monita pro collegiis Germaniae Poloniae, Belgii, et Galliae*.—Descriptus in t. I, pagg. xxix, xxx.

Codex 19.—*Regesta litterarum S. P. Ignatii*. Vol. I.—Descriptus in t. I, pag. li.

Codex 29, e), f), g).—*Collectio epistolarum Germaniae*.—Descriptus in t. I, pag. lxii.

Codex 30, b).—*Collectio epistolarum Galliae*.—Descriptus in t. I, pag. lxiii.

Codex 31.—*Collectio epistolarum Italiae*.—Descriptus in t. I, pag. lxiii.

Codex 33, b), f), g), j), k), l).—*Regesta epistolarum praepositi generalis*.—Descriptus in t. I, pagg. lxiii-lxv.

Codex 34.—*Epistolae S. Francisci Borgiae ab anno 1545 ad*

¹ Vide *Epist. Natal.*, II, xviii, annot. i.

² De his vide dicta in *Epist. Natal.*, I, xxiv.

1572.—Descriptus in t. I, pag. LXV; et in *Sanctus Franciscus Borgia*, t. II, pag. XXVI.

Codex 35.—*Epistolae Polanci, Lainez et Borgiae*. (Alias *Cod. PLB*).—Descriptus in t. II, pag. XVIII.

Codex 38.—*Epistolae cardinalium*.—Descriptus in *Epist. Mixtae*, t. I, pag. 602.

Codex 41.—*Historica*.—Vide *Epist. Natal.*, t. II, pag. XIX.

Codex 42.

Codex in f.º, compositus, hac inscriptione recenter a tergo posita: EPISTOLAE | COMMUNITATUM | AB ANNO 1539 AD 1570. Pars prior epistolas habet 146, tot numeris distinctas, et assutas.

Codex 43.

Est pars secunda *Codicis 42*, et coalescit epistolis 147-176, numeris totidem signatis, sed solutis. Hic codex una cum praecedenti descriptus est in *Epist. Mixtae*, t. I, pag. 602, sub n. 4.

Codex 44.

Epistolae Mixtae.—*Vol. E*.—Descriptus est in *Epist. Mixtae*, t. III, pag. 716, sub n. 2.

Codex 45.

Liber patentium.—In f.º, ligatus et hac inscriptione distinctus: «Liber patentium pro missionibus et aliis. L. I. 1573 annis ante 1600.» Variis partibus, diversa numerorum serie signatis, coalescit. Paginis prioribus 32, continentur plures litterae patentes, annis 1573-1578 datae. Postea incipit novus ordo numerorum, quibus non paginae sed folia signantur. Inter folia vero 8.^{um} et 9.^{um} hujus secundae seriei insertus fuit quaternio, 15 foliis non signatis, partim scriptis, partim vacuis, constans, ubi aliquae litterae patentes, annis 1595-1598 datae, continentur.

Codex 46.

Decreta et instructiones.—In f.º, ligatus, et hac inscriptione

notatus: «Decreta et instructiones. 1540-73.» Foliis 282 coalescit, indicemque solum habet, ordine alphabetico dispositum. Continet instructiones et decreta, partim archetypa, partim apographa, contemporanea, diversis Societatis personis data.

Codex 47.

Litterae patentes.—In f.º, compositus et hac inscriptione distinctus: «Litterae patentes. 1545-99.» Monumenta 100, tot numeris signata, continet, ut plurimum originalia: sunt aliqua transumpta. Non omnia sunt ejusdem magnitudinis, sed, prout res ferebat, majoris vel minoris; et alia quidem a praepositis generalibus, alia ab aliis diversarum provinciarum vel domorum superioribus data.

Codex 48.

Epistolae generalis ad provincias Rheni et Germaniae superioris.—Duo sunt fasciculi in f.º, in unum volumen ligati, et hoc titulo signati: «Litterae A. R. P. N. ad provincias Rheni et Germaniae superioris. 1576-1581.» Prior fasciculus, «a)» ad Rhenum; alter, «b)» ad Germaniam superiorem spectat. Indice separato uterque locupletatus est. Fasciculus «a)» continet epistolas a 5 Nov. 1576 ad 23 Dec. 1581 pertinentes, foliis 48. Fasciculus «b)» protenditur a 5 Nov. 1576 ad 5 Nov. 1580, foliis 49.

Codex 49.

Fundationes collegiorum provinciae Castellae.—In f.º, non ligatus, plura monumenta, a diversis scripta, ad fundationes collegiorum Castellae spectantia, numerisque signata, continet. Primum documentum numero 161 notatur; ultimum numero 349. Alii numeri in singulis documentis reperiuntur, qui ad codices pertinent, unde illa desumpta fuerunt.

Codex 50.

Epistolae virorum venerabilium.—Est collectio epistolarum solutarum, quae in capsula simul asservantur, reverentiae causa erga viros sanctitate conspicuos, qui eas exararunt.

Hactenus de codicibus mss. ad Societatem Jesu pertinentibus; inter quos principem locum proculdubio obtinent codices sub nn. 4 et 34 positi, ex quibus maxima pars epistolarum Natalis et Borgiae deprompta fuit. Sicut enim in priori manus Natalis frequentissime conspicitur, vel totas epistolas vel partem earum exarantis, ita in altero Borgiae autographa innumera continentur. Nec mirum, cum utriusque codicis monumenta fere omnia vel autographa, vel originalia sint. In Borgiae autem epistolis originalibus, illud animadvertas quaeso, non a librario integre illas exaratas, et a Borgia subscriptas tantum fuisse; sed frequenter longis paragraphis, ab illo sancto viro auctas fuisse, qui propria manu intimiora quaedam negotia Patri Natali perscribebat.

Codex 51.

Codex talabricensis (de Talavera de la Reina).—Adhibitus in his MONUMENTIS, *Sanctus Franciscus Borgia*, II, I. Plura de hoc codice proprio loco, Deo volente, dicemus.

CODICES VATICANI

Codex 52.

Miscellanea de rebus concilii tridentini.—Asservatur in archivo secr. Vatic., in f.º, compactus, hac a tergo inscriptione signatus: «C. | 149.» Foliis 1-467 ex ordine signatis coalescit. Plura insuper folia non signata initio et ad calcem habet. Continet monumenta diversa, tum archetypa, tum apographa, de rebus concilii tridentini et de augustanis recessibus, annis 1555 et 1566 habitis. Inc. fol. n. 1 signato: «Ihs. Ex recessu imperiali anni 1555. Quoniam in omnibus...» Des. fol. 467: «... dictum est supra in tit. de baptismo.»

Codex 53.

Archivi secr. Vatic., in f.º, membrana coopertus, hanc in dorso inscriptionem praefrens: «24 | sub Paulo IV | et Pio IV |

1556. 78 | Principi | fait | ». In scheda recentiori a tergo agglutinata: «Principi | 23». Inferius supra membranam «23». Epistolas 1-202, tot numeris signatas continet. Generatim solum primum folium cujusque epistolae signatur; interdum etiam singula folia numeris notata conspiciuntur. Duo folia non signata habentur initio voluminis, quorum secundum hac inscriptione notatur: «Del Sr. Gio. Andrea Caligari, dell' anno 1556, 59, 61, 62, 64, 65, 66, 67, 76, 78. Di Roma, e di Piacenza.» Inc. ab epistola Caligarii ad episcopum Zacynthen. 30 Maji 1556 data: «Mons. Rmo. di Pisa...» Des. in epistola ad Commendonum, Cracoviae, 10 Junii 1578 data: «... all' officio mio. Et li bacio...»

Codex 51.

² Sigismundus Dominatius, de quo vide pag. 229, et append. XIII.

³ Darbishirus.

⁴ Simon, leodiensis, cujus cognomen diversimode scriptum reperimus. Vide pag. 174; 471; etc. Theodoricus Canisius Borgiae, 19 Septembris 1566, haec scribebat: «Adest quidem hic M. Simon Demerius, leodiensis, nuper ad nos isthinc missus.» Ex autogr. in *Cod. 29 f*), f. 222 ^a Ubi Theodoricus non *Demesium* sed *Demerium* scribit. Ita ex P. Braunsberger nuper accepimus (21 Aprilis 1902).

patrono difficultatem; sed firma erat patris visitoris sententia nihil esse a nobis concedendum, quod cum instituto nostro aliqua ex parte pugnare videretur, quae res non levem aliquando verborum conflictum excitavit. In aliis, quae nos proprie non concernebant, indulgentiorem se praebuit Pater visitor, ne germani principis infirmum animum grauius affligeret. Res denique tota pacifice transacta videtur. Habet nihilominus male nonnihil patronum, vt videtur, quod non tot et tantas in curandis templi caerimoniis, in dando maiori professorum numero, etc., obligationes suscipere voluerit Societas. Vtrum importabilia erant, quae imponere nobis tentabat, onera, cum tamen de collegii dimidiati fundatione nos certos non faceret, et eadem a dimidiato, quae a pleno collegio, praestanda esse censeret... Nouitiorum domus mol[est]iae^a aliquid collegiis nostris afferet propter contributiones annuas. Ord[inauit] in eam rem aliquid P. Natalis, sed iudicat et ipse magnam in executione fore difficultatem. Procul distat Roma, nec expedit omnes eo mitti. Laborat prouincia bonorum operariorum penuria, nec abundat in temporalibus. Omnino speramus proximo Septembri aliquem bonum et sanum philosophum a P. T. nobis missum iri, qui ad D. Ieronymi festum nouum in artibus cursum auspiciari possit. Certam nobis hujus rei spem fecit P. Natalis, qui diligenter etiam in hac re ad P. T. se scripsisse dixit.

XV

OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Dilingae, 31 Iulii 1566¹.*De scriptura fundationis collegii Dilingae reformanda*

Molto Rdo. in Christo fratello. Poichè riceuemmo la minuta del Quirinotto, formata sopra le conuentioni che trattamo costì dell' erettione et stabilimento qui del collegio, la presentia del P. Natale fece che cominciammo a discorrere detta minuta; et considerata bene, non la giudicammo di quel buon ordine che la desiderauamo, atteso che le materie non erano disposte a lochi suoi, et molte non erano esplicate chiaramente, come haremmo uoluto. Di maniera, che, con l' aiuto di detto P. Natale et del Canisio, ci mettemmo giù a reformare un' intero instrumento, con la dichiarazione aperta della intentione nostra sopra detta erettione et stabilimento, sicome V. P. R. uedrà per una copia di

^a Discissa charta hic et paulo inferius aliquae litterae perierunt.

¹ Ex archetypo, in *Cod.* 38, duplici fol., 146 (134). Vide pag. 197; et append. XIII.

detto instrumento autenticata. Qual' instrumento, essendo accettato da lei, hauemo ordinato al nostro agente che facci fare una noua minuta di un' *motu proprio* in quella più ampla et efficace forma che si potrà, il quale completa stesamente tutto il tenore di esso instrumento. V. P. R., hauendo da dirci sopra cosa alcuna, aspetteremo di ciò sue littere, a fine che, quanto prima, ce ne possiamo risoluere, et diamo quel fine che per hora si può a questa opera così necessaria, rimettendoci nel resto a quel' di più che haran' scritto li predetti PP. Natale et Canisio. Et noi per fine ci raccomandamo a lei et a tutta la Compagnia. Di Dilinga, li xxxi di Luglio M. D. LXVI. Di V. P. R. affetionatissimo in Xpo. fratello,

IL CARDINAL D' AUGUSTA.

Inscriptio in quarta pagina: Al molto Rdo. in Christo fratello, il P. Francesco Borgia, generale della Compagnia del Jesù, etc. In Roma. *Alia manu:* 1566. Dilinga. Car.¹⁶ di Augusta. 31 di Luglio. *Sigilli vestigium...*

XVI

EX LITTERIS ANNUIS COLLEGII INGOLSTADIENSIS

Ingolstadii, mense Julio 1566 ¹.

Natalis collegium inspicit.

...Et huic quidem collegio multum praesidii et lucis accessit cum sua nobis consilia et documenta praebuit Rdu. P. Natalis. In huius aduentu multa praeclare constituta, exhomologesis ab omnibus facta, ac religionis uota omniumque corda in Domino innouata simul et confirmata fuerunt. Seruet diu nobis Deus hunc prudentissimum et amplissimum visitatorem...

XVII

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Ingolstadii, 10 Augusti 1566 ².

De collegio herbipolensi.

... In his uideo difficultates nobis superesse, ad quas amolendas consultum ego putarem, ut P. visitator non adiret prouinciam rhenensem, nisi salutato episcopo herbipolensi ³, ut eoram ipse intelligat ac iudicet, quid ad maiorem Dei gloriam Societas nostra ferre ac promittere habeat. Dictus P. Rabanstein

¹ Ex *Cod. 29 f*), n. 231 (326).

² Ex archetypo, in *Epist. Canisii*, II, 173 (324). Vide pag. 133; 382; et 414.

³ Fridericus a Wirsberg.

hoc solum respondit episcopo: superiorum sententiam de re tota expectandum esse. Cupiebat interim ille, sicut et antea, concionatorem quamprimum ad se mitti, qui nostrorum ueluti praecursor esset, maioremque nobis gratiam apud clerum et populum, magna ex parte haeticum, conciliaret. Imo desiderauit idem episcopus hoc etiam anno uenire primos scholae nouae professores, quibus promisit non modo uiaticum, sed etiam commodam habitationem, quamdiu collegium non erit exedificatum. Verum non uideo cur tantopere properemus, nisi rebus firmiter constitutis, quod praesenti quidem anno fieri non posse duco. Scripsi de his ad Patrem visitatorem, expectaturus et illius et Paternitatis Vestrae responsum.

Cardinalis noster ¹ in postremo colloquio ualde rogauit, ut, P. T. bona uenia, redirem mense sequenti. Cum enim in animo habeat dioecesanam synodum Dilingae celebrare, P. visitatoris, aut saltem meam desiderat operam, ad rem tantam rectius instituendam. Erit ille labor unius fortasse mensis.

XVIII

JOANNES ANDREAS CALIGARI

JOANNI FRANCISCO COMMENDONO

Romae, 10 Augusti 1566 ².

P. Aloisius de Mendoza cardinali Commendono comes conceditur.

... Il P. Polanco m' ha detto per ordine del Padre generale, che D. Luigi ha ordine da loro di fare compagnia a V. S. Ill.^{ma} infino al suo ritorno, con patto però che, stando ella doue siano loro collegij, come in Padua et Venetia, egli stia nel collegio, non gli parendo conueniente che stia fuori, per non dare scandalo a gl' altri fratelli, et però la serua sempre, et andando in villa o altroue, venga con lei; et salutano assai V. S. Ill.^{ma} . . .

XIX

P. NICOLAUS LANOIVS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Vindobonae, 10 Augusti 1566 ³.

Natalis cum sociis Vindobonam venit.

Giunsi qua 27 di Luglio il P. Natali con li Padri Zimenez ⁴ et

¹ Otto Truchsess de Waldburg.

² Ex autographo, in cod. Vatic. *Lettere de principi*, 23, fol. 122. Vide pag. 130; et 165.

³ Ex autographo, in *Cod.* 29 f), 42 (34).

⁴ Jacobus Jimenez, socius Natalis.

Pays ¹ a, M.° Pietro hungaro ², etc. Si mandò il P. Pietro pochi giorni dipoi a Tirnauia, doue sarà (come mi persuado) molto grato et vtile al suo populo. Il P. Natale, hauendo qua finita la sua visitatione in questo collegio, si partirà domane o lunedì per Tirnauia con il P. Lorenzo Maggio, designato prouinciale di questa prouincia, essendo destinato io per Oeniponto, ma per qual officio, io non lo so. Pretendeua il detto Padre che io potria stare li, per suprir il luogo di confessore delle regine; ma per vna lettera che S. R. hoggi ha riceuuta d'un caualliero di esse regine, pare che non si può eseguire questo disegno...

XX

DECANUS ET CAPITULUM ECCLESIAE SPIRENSIS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Spirae, 14 Augusti 1566 ³.*Conditiones pro Societatis collegii institutione proponuntur.*

† Reuerende Pater. Non dubitamus T. P. elapsis mensibus certiore factam per Patres rhenanae prouinciae, qua occasione D. Lambertum ¹, uestri instituti [*sic*] professorem, primum a Rmo. et Illmo. electore moguntino ² petiuerimus, eiusque consensu, annuente etiam domino prouinciali, hactenus in concionibus utamur. Certi etiam sumus T. P. perscriptum, quemadmodum cum utroque Patre in capitulo nostro consilia contulerimus, tractauerimusque non semel, ut Societatis homines aliquot Spiram adduceremus, qui ecclesiam praedicando et iuuentutem docendo iuuare possent. Nec in nobis sane stetit, cur minus omnia statim efferreinus constitueremusque iuxta instituti uestri laudabilis morem. Vicini in causa sunt, imo oppidani et ciues. Hi nonnihil retrahunt, et tardiores nos fecerunt, eoque cogitationem nostram perduxerunt, quod numerum exiguum petiuerimus proxime, obseruaturi quisnam progressus undequaque futurus esset, quo deinceps plenius omnia et perfectius constituerentur. Verum cum intelligamus leges congregationis uestrae, ac rationes certissimas, quibus sancitae sunt, non ferre, ut imperfectum huiusmodi opus accipiatis, quodque firmum ac adeo perpetuum non sit, denuo hac ipsa de re in generali congregatione et capitulo

^a Sic. pro *Jimenez et Paez* (Paes).

¹ Henricus Paez (Paes).

² Petrus Hernath.

³ Ex archetypo, in *Cod.* 43, duplici fol., 110 (260). Vide pag. 13; 117; 127; 142; 235; 354; 382; 400; et 405. Cf. etiam append. VI, VII.

⁴ P. Lambertus Auer, rector collegii moguntini.

⁵ Daniel Brendel ab Homburg.

nostro, atque alias quoque consultauius, serio ac mature singula considerantes una cum Rmo. principe et episcopo ¹, qui, perinde ac nos, cupidissimus est spiritualis profectus, et sollicitudine plane paterna nobiscum iuuandae ecclesiae totus incumbit, neque minorem quoque affectum erga religionis uestrae propositum, quam alij pij principes atque nos, gerit. Ad hoc igitur omnium uotis, et generalis capituli conclusione, tandem deuenimus, quod idem amplissimus antistes noster comprobauit, ut eam uiam sequeremur, quam R. P. prouincialis ² una cum D. Lamberto, elapsa quadragesima, nobis rogantibus, adumbravit; nimirum ut quindecim personis sustentationem necessariam et perpetuam constitueremus, quae domum et templum uel sacellum haberent, in quibus exercitia spiritualia more suo peragant. Itaque domum concionatoris iam assignauimus, eamque habebunt, donec successu temporis habitatio commodior offeratur. Templum mox dabimus, S. Nicolai dictum. Sacello quasi domestico, quod D. Laurentio sacrum est, simul uti poterunt. Pro uictu illorum et usibus aliis, dari ipsis curabimus quotannis quinquaginta malt. siliginis, uiginti malt. hordei, quinque plaustra uini, et septingentos florenos huius monetae; certo persuasi, etiam Patrum dictorum iudicio, sufficienter his prouisum tot personis, ut amplius nihil possint uel debeant rerum temporalium petere. Empti sunt insuper, ducentis aureis, libri defuncti concionatoris, qui il is etiam manebunt. Quod iam a T. P. petimus, hoc est, ut Societatis homines certos ecclesiae nostrae nunc et semper deinceps dare uelit, qui summi templi concionem, lectionem item theologiam, ac duarum linguarum professionem in scholis nostris cum laude suscipiant et administrent. Linguarum scholae, quando perfectae erunt, iuxta Patrum sententiam, quinque classes constituent, quarum infima rudimenta grammatices tradet, secunda etymologiam, tertia syntaxim, quarta litteras humaniores, poeticam ac graecae linguae principia, suprema rhetoricam cum perfecta graecarum litterarum institutione. Lectionem theologiam eiusmodi esse oportebit, qualem auditorum captus, qui ueri ecclesiastici futuri putantur, requiret. Cupimus praeterea melioris boni causa, ut primo triennio aut quadriennio V. P. numerum plenum non mittat eorum, quos diximus, ne aduersarios, in quorum medio uersamur, nimium iritemus, maxime cum nullam non ansam ultro subinde quaerant impediendi catholicorum conatus. Deinde, quod certum habeamus magistros non habituros discipulos statim, quibus tot classes constituent. Postremo, cum unam difficultatem solum ad periculum timeamus, quod tum nostros, tum Societatis uestrae sanctissimos conatus turbare posset, illud prouinciali et D. Lamberto mature proposuimus:

¹ Marquard von Hattstein.

² Antonius Vinck.

quid scilicet agendum foret, si uel a uicinis principibus vel republica spirensi huius operis causa malum pararetur, adeo ut ecclesia spirensis aut clerus saluus esse non sineretur propter introductam Societatem. Hoc etsi probabile non sit aduersarios conaturos, tamen quia plerosque mouit, explicare uoluimus. Patres, saepius iam nominati, responderunt, et charitatem et officium ipsorum docere in tali casu cedendum furori et temporum iniuriae, neque ad saluandam partem totum interitui exponendum, seque nihil dubitare V. P. identidem iudicaturam, et promptam futuram, ut collegium disolueretur, si nulla spes melioris status superesset, sicque Spiram relinqueret. Hoc ipsum ergo ultimo loco petimus atque excipimus. Alias per nos firmi erunt promissi redditus, et institutum hoc, quod semel in generali nostro capitulo decreuimus, confirmante Rmo. episcopo nostro, et nunc V. P. scribimus. Hoc itaque solum superest, ut T. P. ecclesiae nostrae necessitatem intueatur, ac totius Germaniae calamitatem pie consideret, quam pauci ubique operarij, quam parum fideles Dei serui reperiantur, qui exemplo simul ac doctrina pietatis causam promoueant, fidei hostibus se opponant, quae Jesu Christi sunt, quaerant. Equidem in Societatem uestram et nos (qui D. Lamberti in catholica doctrina tradenda ardens studium et uitae integritatem sufficienter commendare non possumus) et boni plerique omnes oculos conijciunt, animum affectumque conuertunt, amant sincere institutum, indeque auxilium sperant, uisis laboribus et fructu non poenitendo totaque procedendi ratione. Nos uestra opera gregem nobis commissum non dubitamus in religione auita et morum probitate iuuandum. Atque hanc ob causam et petimus et rogamus, ne optimis desyderijs et consilijs necessarijs deesse uelitis, sed messem hanc acceptare, et, quemadmodum in alijs regionibus facitis, excolere, et Christo fertilem magis magisque reddere; quod omnino facturam T. P., qua est erga Christi causam et Germaniae salutem charitate affecta, confidimus. Responsum, una cum mandatis ad dominum prouincialem rhenanum, expectamus, ut primo tempore initium demus plantulae huic, quam coelestis agricola respicere semper uelit, a quo etiam T. P. salutem multam ac diuturnam optamus, nos quoque eiusdem charitati commendantes. Datae Spiraе, 14 die mensis Augusti, anno a nato Christo ^a 1566.

DECANUS ET CAPITULUM MAIORIS ECCLESIAE SPIRENSIS

Inscriptio in quarta pagina: Reuerendo in Christo Patri D. Francisco de Borgia, Societatis Iesu praeposito generali dignissimo, amico nostro, unice colendo. Romae. *Alia manu:* 1566. Spiraе. Decanus et capitulum. 14 Augusti. *Manu P. Polanci.* Capitulum ecclesiae spirensis. *Sigilli vestigium.*

^a Archet., *Christi.*

XXI

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Dilingae, 29 Augusti 1566 ¹.

Ingolstadienses melius procedunt post Natalis lustrationem: de impugnatione assertionum doctoris Torres: varia a Natali statuta circa personas.

... Ingolstadii statum collegii utcunque tranquillum reliqui, minusque negotii illic mihi fuit, cum Pater visitator non multo antea suum apud fratres munus obiuerit, multaque correxerit pro sua prudentia. Notus est M. Marquetius ², quem rectius alibi quam apud nos in utroque homine curari posse censemus. Scripserit de illo Pater visitator, ut arbitror. Expectamus et optamus, ut P.^{tas} Tua successorem illius, si fieri queat, cito designet....

.....
Professores theologiae duo, qui Tübingae docent, sub principe württembergensi, scriptum ualde amarulentum et maledicam ediderunt, quo respondent ad jesuitarum assertiones Dilingae disputatas ex epistola priori ad Timotheum, quibus totum papatum, ut illi uocant, nos stabilire conamur. Editionem libri praefatione sua comprobatur Brentius ³. Harum assertionum, quas illi tam hostiliter quam maligne oppugnant, author fuit D. Torres ⁴ Dilingae professor, nihil minus quidem cogitans, quam ut hos crabrones irritaret. Placet nobis idcirco liber, quod ostendat aduersarios a jesuitis uicinis magnopere sibi formidare, ne ipsorum causa per nos labefactetur atque passim obscuretur. Mirabuntur plerique Romae, ut arbitror, cum uiderint aliquando in quo genere certaminis cum istis bestiis nostros pugnare necesse sit. Liber in urbem fortasse mittetur, si commodam mittendi rationem reperiemus; verum de respondendo tum statuemus, cum redierit ad nos Pater visitator, ante Octobrem scilicet, uti speramus. Benedictus Deus, qui nos pro causa religionis ad istorum calumnias ferendas dignos reddit... P. Dominicus ⁵, quem P. visitator monachiensem rectorem constituit, non diu in hoc munere

¹ Ex autographo, in *Epist. Canisii*, II, 174 (135).

² P. Joannes Marquez. Vide epist. 374, n. 2; et 378, n. 2.

³ Joannes Brentius, haereseos lutheranae professor et doctor, Wilae in Suebia natus est anno 1499. Obiit anno 1579. In suo testamento «sentire se cum Lutheri» scriptum reliquit, ut ait ADAMUS, *l'itae theologorum... germanorum*.

⁴ P. Hieronymus Torres, de quo saepius dictum est.

⁵ Menginus.

conseruari poterit: adeo petit et rogat sedulo, ut susceptum onus deponat. Nec satis consultum fuerit inuitum illum hoc loco retinere. Monui hac de re Patrem visitatorem per literas, et monebo iterum, cum redierit idem ex Austria Oenipontum, vbi P. Lanoium rectorem fore speramus, ut variis tentationibus, quae illic subinde sese produnt, finem imponamus. Dominus nobiscum...

XXII

CHRISTOPHORUS ZIGLERUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Dilingae, 31 Augusti 1566 ¹.*Litterae annuae.*

... Vota bis hoc anno pro more renouarunt, praeuia confessione generali, et piis aliis exercitiis. Posteriori renouatione interfuit R. P. Natalis, prouinciarum germanicarum visitator, qui crebris, iisque feruentissimis exhortationibus mirifice omnium animos ad nuncupanda Christo pia vota multis diebus inflammauit, qui singulorum etiam generales exceptit confessiones, magna nostra in Domino consolatione...

XXIII

HENRICUS BLISSEMIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Pragae, 12 Septembris 1566 ².*Litterae annuae.*

... Hanc fratrum feruorem plurimum auxit bina votorum ac religiosi spiritus innouatio, quae sane maxima omnium consolatione iuxta Societatis morem transacta est, vt nihil dicam de gratissima visitatione Rdi. P. Natalis, qui nobiscum adest, et modis omnibus hoc collegium iuuat, quod mouet, ordinat, perficit ac nos doctis ac zebosis exhortationibus quotidie consolatur, instruit et confirmat, praesertim in iis, quae nostrae vocationis propria quidem sunt, sed a paucis aliis ac raro, quod sciam, ita solide, fideliter, et cum tanto fratrum solatio traduntur... His diebus tres insignes nouitii Vienna missi sunt ad probationis domum, quae nunc a Patre commissario sic videtur instructa, ut magnam magni fructus spem nobis polliceatur.

¹ Ex *Cod.* 29 f), 212 (117). Vide pag. 63.

² Ex *Cod.* 29 f), 81 (187).

XXIV

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Dilingae, 22 Septembris 1566¹.

De collegiis Dilingae et Herbipolis: de catechismi romani versione: de Flandriae perturbationibus: de Conrado Swagerio.

Ho receutto quella di tre di Settembre con la schedula delli sette morti Padri et fratelli, etiam con le regole del collegio germanico, et con le buone noue di S. Stà., delle quali molto ci consolamo nel Signore. Quella scritta al P. D. Natale se darà a lui, poichè sarà tornato di Austria, et come ha scritto, uerrà presto con la gratia del Signore. Con lui anche confereremo delli ponti annotati sopra l' instrumento di Dilinga et del collegio di Herbipoli, et non manco della buona distributione di quelle persone che di Roma si mandano a questa prouincia... Spero che il P. D. Paolo² sarà bastante de uoltar il catechismo nouo in tedesco, et poi se remandarà quella translatione a Roma, secondo che ha ordinato la S. S.^{ta} Pur crederei che se stamparia nel Allema-gna questo libro molto più emendatamente; et sopra ciò confererò ancora con il P. Natale et con il P. Gregorio³, sperando che quel catechismo se porterà per li nostri che uengono di Roma, perchè gl' esemplari qui non si trouano....

Hora mi espedirò qui per andar presto alli nostri di Monachio, et di là a quelli de Ispruch, per riceuere li nostri fratelli mandati da Roma, et per trouar ancora il P. D. Natale. Pur della sua uenuta non sapemo ancora niente de certo. Il buon Padre trouarà grandissima mutatione et infinite miserie in Fiandra, doue gridano li poueri catholici miserabilmente, *quia praeualuit potestas tenebrarum, et plena sunt omnia rapinis et sacrilegiis in Brabantia, Holandia, Flandria, Zelandia, Artesia et Hannonia.* ... Quod ad doctorem Chunradum⁴ attinet, iam ante scriptum est, et suis ipse literis in urbem datis confirmauit, magna se cupiditate ferri ad uotorum dissolutionem a maioribus impetrandam. Tentauit hoc iterum apud P. Natalem, qui multis modis illum studuit ad saniorum mentem et religionis uerae spiritum renouare. Sed Augustae tandem ostendit, se neque uotorum, neque uocationis suae ratione nobiscum uelle persistere, licet illi hoc libe-

¹ Ex archetypo, in *Epist. Canisii*. II, 175 (137). Vide pag. 414.

² Paulus Hoffaeus. In epist. 27 Augusti anno 1567, ait Canisius Hoffaeum nondum absoluisse hanc catechismi versionem.

³ Roseffius.

⁴ Conradus Swagerius.

rum relinqueretur, vt ad menses aliquot a collegiis posset abesse, curandae ualetudinis causa. Itaque discessit non sine quadam impudentia, ueluti parui ducens uota sua simplicia.....

XXV

OTTO TRUCHSESS DE WALDBURG

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Dilingae, 4 Octobris 1566 ¹.*De instrumento foundationis collegii dilingani.*

Molto Rdo. in Xpo. fratello honorando. Ho inteso quanto V. S. R. scriue sopra l' instrumento mandato costà, intorno al stabilimento del collegio et gouerno di questa vniuersità. Per il che spettarò hora di sentire quel che sarà stato scritto per auuertimento da risoluere tra il P. Natale et il P. Canisio; et se auuenirà di aggiugnere cosa alcuna, odito che harò li detti Padri, non mancarò di fare tutto quello che giudicarò approuare per utile et salutifero a questa mia chiesa, non hauendo io altra mira, sicome l' obbligo mi c' inuita, et l' inclinatione che tengo uerso la santa Compagnia. Di che il signore Dio mi dia gratia da poter' mostrarne maggiori effetti di quello a che hora le mie forze si stendano. Nel resto a me piace sommamente et laudo la Maestà diuina che la forma del' instrumento sia conforme al intentione de V. P. R. et della Compagnia, alle quale io mi raccomando nel signor Jesù, con offerirmi in quel che mai io sia per esser' atto a suo commodo et salute. Di Dilinga, li IIII di S.^{bre} M. D. LXVI. Di V. P. R. affetionatissimo in Xpo. fratello,

IL CARDINAL D' AUGUSTA.

Inscriptio in quarta pagina: Al molto Rdo. in Xpo. signor fratello honorando, il P. Francesco Borgia, preposito generale della Compagnia del Jesù. etc. In Roma. *Alia manu:* 1566. Dilinga. Cardinal d' Augusta. 4 di Ottobre. *Sigilli vestigium.*

XXVI

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Oeniponte, 21 Octobris 1566 ².*Fructus ex Natalis inspectione Oeniponte percepti.*

... Cras discessurus Monachium, duce Christo, dicam de his

¹ Ex archetypo, in *Cod.* 38, duplici fol., 154 (142).

² Ex autographo, in *Epist. Canisii*, II, 180 (171). Vide epist. 437; n. 10; et 439.

aliquid, quae R. P. visitator de huius oenipontani collegii rebus constituit. Nullum erat collegium prouintiae nostrae, quod maiore quidem uisitatione ac reformatione, tum in capite, tum in membris egebat. Itaque multum curae et laboris bonus Pater impendit, ut renouatio quaedam totius collegii appareret. Mutatus est rector, et necessario quidem, ut ego monui saepe. Et cum antiquo rectore multum negotii fuit, qui aegre tandem placatus est, et seniori reginae donari debuit. Faxit Deus, ut quietus ille maneat in sua uocatione, neque turbas excitet nouas nouo rectori. Sub aegro capite membra multa languiebant. Igitur quosdam e nostris Pater alio misit, ut rectius haberent, et hic sibi aliisque minus incommodarent. Mutati sunt nonnulli praeceptores, et retenti quidam ex missis nuper ab urbe, ut Joannes anglus et Jacobus spirensis. De aliis, quae prudenter uel mutata, uel instituta fuere, non agam in spetie. Bona est spes fore, ut accedente noui rectoris uigilantia, collegium hoc quasi restituatur, et ad amissam Societatis disciplinam breui reuocetur. Huc frequentes Patris exhortationes et scriptae leges conferunt, bonamque fratrum uoluntatem renouata in Domino uota confirmant. Quare diuinæ bonitati gratias agimus, quae pios uisitatoris conatus ita felices reddidit, ut magna ex parte huic jam collegio prospectum esse uideatur... Inter alia iudicauit P. visitator sepeliendos nobis esse mortuos Patres ac fratres perinde ac Romae fieri solet. Qua in re putamus remittendum esse aliquid, ut, sicuti in constitutionibus nostris est admissum, regionum uarietati nos accommodare possimus. Non uestiuntur apud nos mortui, non deferuntur ardentes candelae, et ubi non est templum nobis ac coemiterium proprium, difficile sit ea cantare, quae Romae nostri circa feretrum psallendo expediunt. Quicquid uero P. T. probauerit, non poterit nobis non gratissimum esse...

XXVII

P. LAURENTIUS MAGIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Windobonae, 20 Novembris 1566 ¹.*Ad synodum prouincialem Poloniae convocatur.*

Perchè, doppo le ultime mie, ho riceuuto lettere di Polonia dal P. Francisco ², mi è parso significare alla P. V. alcuna cosa di quelle. Egli mi scriue che per ordine di S. Stà. si ha di fare in Polonia una sinodo prouinciale a questo Natale, et che è tanto necessario ch' io ui uada, quanto è necessario il pane per la uita,

¹ Ex Cod. 29 f), 59 (50).

² Franciscus Sunye (Sunier, Sunnerius, etc. alibi dictus).

et tanto multiplice questo negotio, che non so che dire, et dice che 'l cardinale et nuntio apostolico mi scriueno di questo... Io ho scritto di questo al P. Natale subbito con speranza di risposta.

XXVIII

P. ANTONIUS VINCK

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Aschaffenburgi, 1 Decembris 1566 ¹.*Natalis Aschaffenburgum venit: de Petro Haupt.*

Molto Rdo. en Christo Padre. Al dì di santa Catherina, incirca due hore poi metzo dì, sono arriuato qui in Asschenburgo, doue ha la habitatione sua il Rmo. moguntino, sperando di trouar li al Rdo. P. Nadal, visitatore. Arriuando trouamo vn nuntio mandato dal detto Padre di Herbipoli com lettere acciò che, essendo arriuati, l' aspettiamo, non essendo arriuati, che non l' espetti, ma andasse ^a a Spira, doue d' Herbipoli li pensaua di andar, tal modo che arriuando auanti che il nuntio si partissi, siamo restati lì aspettando il D. Lamberto Auero, il P. Pietro Hauptio coloniense, et io fin alla vigilia di santo Andrea, et alhora, poco auanti al pranso, è arriuato il R. P. Nadal cum il P. Chymenez ^b. Tutto il tempo che qui stettimo aspettando la venuta del P. Nadal, sono stati qui com il Rmo. certi signori mandati del imperatore, et mai hebbimo accesso al Rmo. moguntino fin alla sera nella vigilia di santo Andrea.

Trattò il Rdo. P. Nadal cum il detto Rmo., et conuenirano del modo di mandar il P. Pietro Hauptio al Illmo. ducha di Brunswych in probatione, et per far la sesta esperientia della Compagnia fin dipoi la pascha, come credo scriue il detto Padre a V. R. P. Per tanto io non lo replicarò. Solamente dirò la mia colpa io, perch' vedendo io tanto la sollicitudine la qual faceua il Rmo. moguntino, acciò che si mandasse vno *ad tempus* delli nostri, et vedendo che il Rdo. P. Nadal haueua a quel tempo d'essere presente com il Rmo., poco mi ho curato si non di hauer la persona presente et offerirlo al P. Nadal et Rmo., acciò che si facesse quello che iudiciano expediente *in Domino*; tal modo, che io non mi sono recordato il decreto della secunda congregatione generale, di non manlar confessori o predicatori alle corthe di principi. Spero che il Rdo. P. Nadal mi insegnarà anchora altri mei manchamenti, acciò che cognoscendoli, mi emendi.

Hoggi il R. P. Nadal torna ad Herbipoli per espedir li ne-

^a Hoc verb. bis scripsit Vinckius. — ^b Sic, pro Jimenez.

¹ Ex autographo, in *Cod. 29 f*), 237 (402). Vide pag. 382; 385; et 403.

gotii di quel collegio, et di là andarà a Spira, doue speramo che si trouarà la dominica prossima.

XXIX

S. FRANCISCUS DE BORJA

PATRI LAURENTIO MAGIO

Romae, 6 Decembris 1566¹.

Imperatrici, de Lannoji discessu conquerenti, satisfaciendum.

Ho riceuuto quelle di V. R...., alle quali farò risposta, prima raccomandando la inclusa lettera per la imperatrice in risposta d' una de sua Maiestà, per la quale si lamenta de essersi mandato il P. Nicolao Lanoy senza dirli niente, hauendomi lei scritto non se li leuasse di là detto Padre, nè il P. Francisco Sunier, nè V. R.; et conuerrà procurar si dia sodisfattione, et quando non bastassi quella che darà il P. Natale et V. R., et ad ogni modo uolessi che li doi detti ritornino, io non saprei come far a negarglieli. Ho pensato nel dottor Loarte, rettor al presente del collegio di Genoua, cui età et altre parti pareno al proposito per la gente di palazzo. Non so pur come si potrà leuar di doue sta. V. R. mi auise che gliene pareria di tal missione...

XXX

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Augustae, 14 Decembris 1566².

De necessitate facultatis absoluedi haereticos pro Germaniae bono.

Respondebo primum literis ternis ad me datis, nimirum 15, et 26 Octobris, et 9 Nouembris. Et fui quidem hactenus in scribendo minus sollicitus, quamdiu mansit in prouintia nostra R. P. Natalis, ad quem, ueluti visitatorem et P. V. vicarium, plaeraque referenda esse putauit. Deinde, quoniam satis negotii fuit vtrique nostrum, cum ex uno collegio in aliud proficiscimur, non parum impedimenti allatum est, quominus expedirem ea, quae ad officium scribendi meum spectabant... Sunt dies nunc decem, quibus discessit a me P. Natalis, cum Herbipoli essemus ambo, unde profectus est ille Spiram, ego vero huc redii, Christo duce, profecturus intra triduum ad collegia vicina. Quid uero de collegio herbipolitano sit transactum, aliunde cognosces P. T. et prae-

¹ Ex Regesto, *Cod. 33 f*), fol. 204. In margine: *P. Lorenzo Maggio, prouinciale*. Vide pag. 351.

² Ex autographo, in *Epist. Canisii*, II, 181 (105). Vide pag. 349.

sertim ex literis P. visitoris et Rmi. domini herbipolensis ¹. Dicam et ego aliquid in separato scripto.

Quod ad nouam difficultatem nobis iniectam, ne absoluantur relapsi, attinet, scio scripsisse P. Natalem diligenter: scribit et Rmus. D. cardinalis ² in vrbem. Nec dubito, quin P. V. intelligat satis quantum angoris et periculi ex hac difficultate redire possit ad nostros confessarios, quibus tam frequens casus de haeresi apud germanos occurrit... Certe magnam capiemus consolationem, cum primum accipiemus hac in parte nostris esse concessum, quod ob anxias tantum conscientias iuuandas petimus. Nec sit mora quaeso in petenda gratia... Dilingae sublata uidentur impedimenta, quae P. Gaspar ³ et D. Torrez ⁴ annotauerant. Suam enim operam interposuit P. Natalis, et ministrum illic instituit P. Georgium ⁵, qui simul studia nonnumquam tractet et absoluat usque ad gradum futurae promotionis, si P. V. permittat...

XXXI

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Augustae, 14 Decembris 1566 ⁶.*De collegio herbipolensi.*

Nihil dubito iam isthuc esse perscriptum, P. visitatorem D. Natalem, P. Ximenez et me simul esse profectos ad Rmum. herbipolensem ⁷, a quo humaniter quidem sumus omnes accepti atque dimissi. Bis ego sum illi concionatus, in arce nimirum coram aulicis, et in ecclesia cathedrali. De collegio herbipolensi, an et quomodo instituendum illud esset, praecipua cura nobis fuit, et frequens cum eodem Rmo. eiusque cancellario tractatio intercessit. P. Natalis rationem instituti nostri non solum proposuit, sed etiam ursit diligenter. Et graues quidem causae offerebant sese, cur putaremus bonum episcopum sua spe et certa expectatione de nobis concepta, multisque annis confirmata, post tot tantosque sumptus in collegii et scholae structuram collatos, minime frustrandum esse. Tandem igitur uentum est ad certos articulos, quibus ueluti summa totius negotii de fundando, dotando et inchoando collegio comprehenderetur, ut utrinque constaret, tam ex Rmi., quam nostra parte, quid ad eam rem factu

¹ Fridericus a Wirsberg.² Otto Truchsess de Waldburg.³ Gaspar Haywodus.⁴ Hieronymus Torres.⁵ Bader. Vide pag. 159, annot. 3.⁶ Ex archetypo, in *Epist. Canisii*, II, 182 (107). Vide pag. 382; et 414.⁷ Fridericus a Wirsberg.

opus esset. Quam summam P. Natalis ad haec referri capita passus est...

XXXII

P. EMERICUS FORSLER

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Vindobonae, anno 1566 ¹.

Litterae annuae. Natalis collegium Vindobonae inuisit.

... Ad hanc rem [sc. spiritus fervorem] maxime profuit Rdi. P. Natalis a luentus. Is enim et confessiones et uota omnium tum Patrum, tum fratrum excepit; exhortationes frequentes habuit, optimasque de Societatis instituto reliquit instructiones. Idem instituit ut ter in hebdomada eo tempore, quo recreationi uacare solemus, de uirtutibus, de uitiiis, de abnegatione sui, de spiritali profectu, atque id genus aliis rebus, et Patres et fratres simul conferrent, uno de Patribus huic negotio per hebdomadam praefecto, qui et quid uellet et a quibus uellet, circumseidentibus in corona, sciscitaretur. Quae res quoniam foelices progressus habet, magnam omnibus adfert et utilitatem et uoluptatem. Ordinauit praeterea, ut uesperis, post litanias recitatas, quidam se flagris caederent more et consuetudine Societatis; neque segniter ea in re nostri se gerunt. Nam ad multa alia, quae nos in officio continere merito debent, accedit etiam periculum belli, quod imperator noster cum turcarum tyranno gerit... Et, ut breuiter complectar, quae de Rdo. P. Natali dicenda sunt, omnes uias persequitur bonus Pater iste, quibus ad perfectionem nos adiuuari posse existimauit...

XXXIII

P. THEODORICUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Anno 1566 ².

Pericula et difficultates missionum in Germania expenduntur.

† Iesus. Difficultates, quae circa indices mittendorum se nobis offerunt in hac re, bene considerandae:

¹ Ex *Cod. 29 f.*, I (1). Vide pag. 213.

² Ex autographo (?), in *Epist. Natal.*, II, unico fol., 169 (162). P. Theodoricus Canisius, qui uices provincialis Germaniae superioris gerebat, absente provinciae praeposito Petro Canisio, auctor hujus monumenti esse uidetur. Manus quidem illius in toto documento conspicitur, non exceptis 5 numeris, quinque paragraphis praefixis. Vide pag. 67; 82; 115; 135; et 143.

1. Experientia teste, didicimus huiusmodi missiones in Germania, licet ad paucos etiam menses fiant, nostris sacerdotibus et aliis, qui mittuntur, periculosas esse, vt magnum inde capiant spiritus detrimentum, praesertim ob communem illam germanorum in communi victu libertatem. Itaque valde metuendum videtur, ne missi plerique nostrorum, praesertim ad homines non catholicos, sui magis iacturam faciant, quam aliis afferant vtilitatem.

2. Paucos inuenimus, qui dotes ad hanc missionem necessarias habeant, vtpote doctrinam eiusmodi concionatoribus conuenientem; gratiam et dexteritatem in conuersando; spiritus et morum grauitatem his temporibus et locis congruentem; et praeterea, quae apud germanos plurimum valet, eloquendi et concionandi paratam facultatem. Vnde, qui mediocres esse notantur in catalogo, plerisque in locis, ad quae mittentur, parum grati et vtilis fore videntur.

3. Qui sunt ex his primi ordinis et reliquis praestantiores, adeo necessarii videntur in prouincia et collegiis, in quibus concionantur aut profitentur ordinarie, vt illis etiam ad breue tempus carere, magnum et publicum detrimentum rebus nostris afferat. Nec fiet illud, vt timemus, sine patronorum offensione, qui facile nobis obiicient, se non minus in his suis dititionibus, quam alios in aliis prouinciis, laborare penuria concionatorum et professorum. Imo eiusmodi patroni hac occasione irritati, pergent magis, vt coeperunt, vrgere, vt demus ipsis varios concionatores ad rem catholicam in suis quibusdam collapsis ecclesiis restituendam.

4. Experientia docet vix vllum nouitium ex germanis adultis in his locis ad nostrum accedere institutum. Vnde, non sine magnis sumptibus, aliunde cogimur petere et accipere professores, qui adhuc satis esse non possunt: eoque difficilius erit inuenire, quos substituamus abeuntibus Patribus, qui plerumque in scholis nostris valde sunt occupati.

5. Etsi probamus piam Pii pontificis mentem, qui nostros ita cupit in messem germanicam extrudere; tamen dubitamus an Romae satis cognitam habeant Germaniae consuetudinem, quam nos in dies experimur. Nos, saluo semper obedientiae sanctae mandato, illud fore prouidemus, vt missi e nostris quidam concionatores, multis etiam mensibus fidem ^a et auctoritatem apud populum, valde nunc seditiosum et plerumque nostris infestum, sibi et doctrinae catholicae conciliare non possint. Deinde non dabitur illis concionandi locus et tempus, nisi festis tantum diebus in ecclesia. 3.^o Impedientur magnatum auctoritate, qui passim populo religionem vtramque liberam relinquunt, quo minus

^a Sequitur *sibi* ab ipso Theodorico, ut videtur, oblitteratum.

possint ea, quae recte docent et postulant, executioni mandari. Nulla enim est in his locis seueritas, sed summa dissolutio et perturbatio ecclesiasticae disciplinae. 4.^o Sicut sapientes quidam iudicant, posset quidem nostra Societas afflictis Germaniae rebus et ruenti religioni maiorem operam afferre, si haberemus sacerdotes et theologos germanos, qui absque magno collegiorum detrimento, et sine periculo suae vocationis, possent annis aliquot in iisdem locis perseuerare, docendo, conuersando, simulque pastoralia munia exercendo. Verum, vt nunc habet statum personarum, tum collegiorum praesentium, non videmur eam adhuc assecuti maturitatem; sed potius hoc timendum erit, ne, dum nostri ad alienos et haereticos sanandos mittuntur, ipsi periclitentur, et infirmum hunc statum collegiorum, qui multo maiore adhuc eget confirmatione atque profectu, reddant etiam deteriorem et afflictioem.

Quare maiorem in modum desideramus, vt quae consilia de nostris mittendis instituentur, cum bona gratia fundatorum, et citra dissolutionem aut detrimentum collegiorum, et sine sacerdotum quoque nostrorum periculo, instituantur: praesertim hoc tempore tam periculoso, et vbi plerique germani, qui apud nos sunt, sacerdotes, non ea videntur adferre talenta, quae huic tanto muneri subeundo respondeant. Fiat autem in omnibus Dei et superiorem voluntas.

Inscriptio a tergo: † Quaedam circa indices mittendorum consideranda.

XXXIV

P. HIERONYMUS NADAL

Anno 1566 (?) ¹.*De ratione alendi novitios.*

Ihus. De ratione et modo alendi nouicios Monachij. Collegium monachiense alet 24 Patres et fratres. Eundem numerum ingolstadiense, et oenipontanum collegium. Collegium dilingense alet 28. Collegium augustanum, quandiu habet 700 florenos, alet 10. Censebit tamen prouincialis, ubi rectorum rationes videbit, an plures possint alere. Hic numerus est constitutus, coniunctis omnibus expensis singularum collegiorum, et quae ad victum, uestitum, viatica, et alias res pertinent. Collegium monachiense nullum habebit scholasticum Societatis, sed numerum suum implebit ex nouitiis: nec poterit subsidium ab aliis collegiis petere,

¹ Ex archetypo, a Jimenez exarato, et a P. Polanco annotato in *Cod. 6, Natal. instr. Germ.*, duplici fol., 50, 58. Inter haec folia alia documenta assuta sunt. Vide pag. 209; 332; 349; et 363.

nisi completo suo numero. Vbi numerus collegii monachiensis erit impletus, et aliorum non erit, sola ea collegia, quorum numerus non erit impletus, contribuent ad nouitios, qui alentur praeter numerum Monachii, aequaliter quidem, si aequaliter sua proportione distent a completo numero; inaequaliter uero, si inaequaliter. Quod hoc exemplo fiet apertius. Domus augustana, si tantum alat octo, et collegium oenipontanum 20, et collegium dillinganum 23, poterunt iudicari aequaliter distare a completo numero: et ita, aequaliter debent contribuere. Si aliqua sit inaequalitas, inaequaliter contribuent. Haec uero inaequalitas, uel aequalitas, censebitur a prouinciale.

Quod si haec ratio videatur difficilis, alia ineatur simplex, ut aequaliter contribuant omnia collegia, quae deficiunt a completo numero. Iudicet uero non tam scrupulose prouincialis, si aliquod collegium, quod longius distat a completo numero, plus sit contributurus, quod uero parum distet, minus. Non uidetur necessum, ut tantum contribuatur pro alendo vno nouitio Monachi^a in re praesenti, quantum pro vno scholastico alendo solet expendi in collegio. Idem prouincialis censebit particularia. Si esset numerus in omnibus collegiis completus, alentur nouitii Monachii ex contributione omnium collegiorum. Et in eo rerum euentu, iuxta rationem contributionis, pauciores alent collegia quam solebant ex iis, qui non erunt necessarii in collegio. Ad quem numerum necessariorum si venirent, nihil soluent. Definiat prouincialis, cum primum venerit Monachium, numerum nouitiorum, qui possint habitare in illo collegio, et cum ad eum numerum peruentum erit, mittentur alii nouitii Romam ad Patrem generalem. Idem obseruabitur de illis, quibus leuabuntur collegia pro sustentatione nouitiorum. Nam hi Romam etiam mittentur; nullus tamen Romam mittetur, nisi prius consensus Patris generalis habeatur, quem curabit prouincialis habere antequam in eum euentum veniatur.

In quarta pagina, Jimenez manu: † De ratione alendi nouitios. Polanci manu: A questo si è prouisto. Alia manu: C. p. e. m. †.

^a Sic, pro *Monachii*,

XXXV

MAGDALENA DE AUSTRIA

PATRI JOANNI DIRSIO

Oeniponte (?), mense Octobre (?) 1566 ¹.

Epistola primae personae ² ad D. scripta propria manu germanice.

Dilecte domine Joannes. Ego et sorores pro viatico mittimus ad D. Natalem 32 coronatos, et praeterea ornatas reliquias quinque partium, quia sumptae sunt ex ligno sanctae crucis, S. Laurentii, S. Anastasiae, S. Virgilii, S. Bartholomaei. Mittimus etiam pauca quaedam condimenta et aquam, ad ualeitudinem illius rectius curandam conducibilia, quae omnia quaeso illi meo dones nomine. Praeterea summas ^a illius Reuerentiae gratias adhuc semel agas de hoc beneficio mihi praestito, quod priorem confessarium mihi reliquerit: qua de causa erga Societatem vestram satis grata esse non potero diebus omnibus vitae meae. Illius Reuerentiae memoriam certo quotidianam habebo in precibus meis, praeterea specialiter pro illa recitari curabo triginta missas ad gratiam Dei consequendam, ut longum hoc iter feliciter ipse conficere possit, et tres insuper peregrinationes pro eo ipso fieri curabo.

Roges ^b etiam Reuerentiam eius propter Deum meo nomine, sicut ego eandem rogari feci per magistrum curiae nostrae, ut in casu, quod soror Magareta Reuerentiam eius oraret, sinatur ut ipsa mecum agere benigne de mutando confessario meo, Reuerentia eius in hoc non ^c consentiat. Nam hinc fieret, ut perturbaremur vtrinque; postquam enim semel ego hanc obtinui gratiam ab eius Reuerentia, profecto neque soror, neque quisquam me permouebit ad confessarium alium accipiendum. Verum hoc scribo, non quod metuum rem aliter ordinandam esse, minime

^a Emendatum a Canisio ex *summam*.—^b Emendatum a Canisio ex *prec...* (?).—^c Emendatum a Canisio ex *ne*.

¹ Ex versione archetypa, B. Petri Canisii manu exarata, in *Epist. Natal.*, II, unico fol., 193 (147). Ad calcem hujus monumenti, haec habetur inscriptio, Patris Bæro, ni fallimur, manu stilo lapideo addita: *Il carattere è tutto del P. Canisio*.—*Si riscontri*. Vide epist. 447, n. 1, ubi P. Nadal hujus monumenti mentionem facit; et pag. 70; et 120. Quanam die haec epistola data fuerit, non constat. Ex iis autem, quae Natalis in epistola 447, n. 1, scripsit, mense Octobre anni 1566 illam datam fuisse erui videtur.

² Prima persona hic vocatur regina Magdalena de Austria, filia Ferdinandi I, imperatoris.

quidem, cum certo sciam, quicquid eius Reuerentia promisit mihi, id mutandum non esse: imo confido Reuerentiae illius verba certiora esse, quam si literas sigillo firmatas a meis amicis haberem. Sum interim in bona spe fore, cum soror Margareta ex eo ipso intellexerit negotium hoc sic esse conclusum, quod tunc et ipsa erit hac transactione contenta. Et merito sane. Rogo demum, vt me prorsus et submisso Patri commendes, uelut indignam filiam sanctae Societatis. Et sciat hoc certo, quicquid in facultate mea fuerit, id me diebus cunctis uitae meae lubenter exhibituram Societati huic, etiam apud principem Bauariae, et in omni modo, ubi et quando indigebit Societas opera mea. Imo substantiam omnem et vitam pro Societate ipsa vellem profundero, si ipsi commodo esse posset.

A tergo, manu Jimenez: † Exemplum epistolae primae personae ad D[irsium].

XXXVI

ANTONIUS VINCK

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Moguntiae, 20 Ianuarii 1567¹.*Collegii moguntini res a Natali ordinantur.*

Dalli 17 del mese passato fin qua è stato il Rdo. P. Mtro. Nadal in questo collegio moguntino, attendendo ad adgiutar a tutti noi. Domane penso andaremo al Rmo. moguntino² ad Asschenburgo, doue spero si trattarà della fundatione di questo collegio... Del frutto et vtilità della visitatione del Rdo. P. Nadal adesso non scriuerò niente, che sarria troppo prolisso. Per altre scriuerò dando auiso del tutto. Solamente dirò questo: che il Rdo. P. Nadal non si tratta assai bene, nè permette che noi lo facciamo, hauendo rispetto alli suoi trouagli et età. Io pensaria che non sarria male che V. R. P. li commendasse che nel gouerno di sua persona si lassasse gouernar dalli prouinciali et rettori.

XXXVII

LAMBERTUS AUER

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Moguntiae, 3 Martii 1567³.*De collegii spirensis fundatione.*

Maximas, et qua decet obseruantia, gratias ago R. P. V., pri-

¹ Ex autographo, in *Cod. 29 g*¹, 303 (517). Vide pag. 382.

² Daniel Brendel ab Homburg.

³ Ex autographo, in *Cod. 29 g*¹, 313 (530). Vide pag. 368; 382; et 405.

num quidem, quod erga spirense collegium adeo benignum sese ostenderit, quod iam tandem omnino spero fundatum, et a V. R. P. acceptatum, postquam ad formulam a R. P. Natali praescriptam conclusum sit, et diplomate quoque testatum per generalem ipsorum canonicorum congregationem. Deo opt. max. sit laus sempiterna. Deinde magnum beneficium merito reputamus, quod per R. P. Natalem suo nomine visitare collegium hoc iuuareque studia nostra dignata est.

XXXVIII

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Herbipoli, 10 Martii 1567¹.

De facultate relapsos in haeresim absolvendi: de dotatione collegii dilingani.

Accepi quae scripsit ad me P.^{tas} V.^a 8.^o et 25.^o Januarij. Quod ad facultatem relapsos hic absolventi, sentio idem quod R. P. Natalis, largiorem dispensationem nobis necessariam esse. Nec idonei sunt rectores ad eam exercendam, non doctor Lanoius, non P. Dominicus², non frater³ etiam, qui aut imperiti sunt germanicae linguae, aut nullam habent commoditatem cum relapsis agendi... Rmum.⁴ habemus fauentem nobis, qui plane cupit me non discedere, nisi relicto in summi templi cathedra successore: ac praeterea responsum P. V. desiderat de dotatione collegij admissa atque probata, sicut illam P. visitator admisit et comprobavit. Speramus iam isthuc esse perlatum dotationis seu foundationis huius instrumentum authenticum. Ego uero ad P. visitatorem scripsi, forte tutius consultiusque nobis fore, si non primo statim anno tot classes hoc loco instrueremus, quae res varias secum adferet difficultates... Verum haec tardius a me fortasse nuntiantur. Deinde P. visitator iam ante recepit conditionem, et promisit adfore, qui Octobri mense satis essent ad nouem classes instituendas. Praeterea difficilius est fere lectores inferiorum, quam superiorum classium dare, eos enim germanos esse necesse est, quorum inopia in collegiis saepe laboramus. Haec in vtraque parte dicta sint, vt iudicet rectius P. V., cuius responsum ego cum Rmo. uehementer expecto.

¹ Ex autographo, in *Epist. Canisii*, II, 188 (407). Vide pag. 349; et append. XXX.

² Menginus.

³ P. Theodoricus Canisius, frater B. Petri.

⁴ Fridericus a Wirsberg.

XXXIX

GULIELMUS RUSSINOWSKY

JOANNI FRANCISCO COMMENDONO

Olomutii, 17 Martii 1567 ¹.*De collegio Societatis condendo.*

Post calamitatum, quibus ecclesia catholica in illis regionibus vexabatur, relationem, desiderium suum tantis malis succurrendi aperit, et ait: Egi mox cum fratribus Societatis Jesu, offerendo illis satis honestos redditus, deducerent suorum coloniam Olomucium, quae ciuitas est Morauiae primaria, habens sedem episcopalem: in qua re, non absque difficultate tamen et mora, gesserunt mihi morem. Habeo iam nonnullos fratres Societatis in hoc nouo collegio, quorum aliqui cum magno fructu concionantur, quidam iuuentutem, tam in pietate, quam in bonis litteris, optime instituunt... Nouit autem D. V. Ill.^{ma} Olomucium situm esse fere in confinio Vngariae, Poloniae, Bohemiae, Austriae, Sclauoniae et Silesiae; ex quibus prouincijs magna huc, tum propter victus facilitatem, tum propter addiscendam linguam germanicam et boëmicam, quarum utraque communis et uulgaris hic est, confluet iuuenum frequentia... domus seu collegium fratrum Societatis ualde angusta sunt... praeterea nullum templum collegio est ex more Societatis... *Ad domum ampliandam petit deinde monasterium diui Francisci collapsum iam maxima ex parte...*

Ibid. fol. 168, est epistola ejusdem ad eundem, Cremsirio 27 Maji 1567 data, ubi gratias agit, de monasterio sibi concesso.

Ibid. fol. 170, est epistola ejusdem ad eundem, Cremsirio 12 Julii 1567 data, in qua gratias iterum agit, et petit ut concessio monasterii sine conditione fiat a pontifice. 1.^a tandem Octobris 1567 idem eidem scripsit de acquiescentia provincialis franciscanorum probabilitate obtinenda.

XL

P. LEONARDUS KESSEL

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Coloniae, 1 Aprilis 1567 ².*De collegii coloniensis lustratione.*

Admodum Rde. in Christo Pater: hoc mense Martio adfuit

¹ Ex archetypo, in cod. Vatic. *Lettere de principi*, 27, fol. 166 et seqq. Vide epist. 413, n. 1; 417, n. 7; 419, n. 1; 424; 432, n. 2; et 443, n. 1.

² Ex autographo, in *Cod. 29 g*), 273 (486). Vide epist. 466; et 469, n. 4.

nobis Rdus. in Christo Pater Natalis, cum omnium nostrum in Domino consolatione. Aliqua etiam in collegio constituit, secundum ipsius in Domino discretam prudentiam, et ordinavit admodum nobis utilia et grata; de quibus puto ipsum R. P. V. latius informaturum. Agimus gratias Deo et R. P. V. de suo singulari erga nos paterno affectu, quo nos solatur et dirigit, ut in dies crescamus in cognitione et amore uocationis nostrae. Et quia R. P. Natalis parabat abitum, occupatus, in praesentiarum multa scribere non potui, sed hoc solum indicare uolebam omnia optime nobis placere, quae Pater hic ordinavit...

XLI

S. FRANCISCUS DE BORJA

PATRI ANTONIO VINCK

Romae, 8 Aprilis 1567 ¹.

Curandum, ut novus archiepiscopus trevirensis fidei professionem emittat.

... molto conuerrebbe che mandassi il nouo arcivescouo ² una bona confessione della sua fede, sottoscritta di sua mano et sigillata col suo sigillo, come habbiamo uisto una del vescouo osnaburgense ⁵ et monasteriense, et V. R. procuri per se o per il P. Dr. Hermano, che l' arcivescouo faccia tal confessione molto espressa, perchè oltra di accomodarsi a quello che ricerca il concilio, abbracciato in questa dieta augustana passata dalli prelati catholici di Germania, non dubitano darà special consolatione a Sua Stà., et facilitarà anche il negotio della sua confirmatione... Circa il continuar o lasciar quel principio fatto in Franfordia, mi ho rimesso al P. Natale, il quale se si trouassi in Treuere, accetti questa come sua, specialmente quanto al procurar la confessione già detta in bon modo... Per quello che V. R. scriue del P. Natale, che non si lascia trattare, secondo che la sua età et indispositioni ricercano, do ordine al P. Ximenez, acciò insieme col prouinciale o rettor del collegio, doue si trouarà, li possano in questa parte comandare.

¹ Ex Regesto, *Cod.* 33 g), fol. 7. Vide pag. 453; et 468.

² Jacobus ab Eltz, vel Elz.

⁵ Joannes IV de Hoya.

XLII

P. ANTONIUS VINCK

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Augustae Trevirorum, 10 Aprilis 1567 ¹.*De collegii spirensis institutione.*

Alli sei del presente di Colonia è arriuato qui in Treueri il R. P. Nadal, già di alchune settimane aspettato, in saluamento per la gratia del Signor. Speramo che la sua presentia, come alli altri collegii è stata vtile, sarà anchora et a questo. Sua R.^a ha communicato meco quella difficultà, la quale troua la R. P. V. circa di promettere al Rdo. et nobile capitulo spirenses un predicatore et lettore in theologia, et benchè non vorria in nessuno modo che facessimo o domandassimo cosa alchuna contra l' instituto della Compagnia, nientedimeno molto mi contristaria se cum questa occasione et in quella città et in altre si impedisse grand frutto delle anime, et sarria occasione di non funlar nè questo nè altri collegii in queste bande, doue la causa della fundatione di collegio è in gran parte per hauer predicatore. Legendo et conferendo li lochi delle constitutioni et declarationi et bolle et altre raggioni, le quale occorreuano, a me pare che la obligatione in modo come il capitulo lo domanda, si può da V. P. fare senza preiudicio dal instituto della Compagnia... et perchè il R. P. visitatore di questo (come credo) scriuerà alla R. P. V. alla longa, non mi estenderò più in questo; solamente li pregarò che in caso che fosse appresso di V. R. P. qualche difficultà, che in quello che è già fatto o accordato, come già hauerà inteso per la copia di detta fundatione del collegio spirenses, che voglia dispensar, et per l' aduenir si potrà far più cautamente...

XLIII

P. ANTONIUS VINCK

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Augustae Trevirorum, 10 Aprilis 1567 ².*De habitu a sociis gestando ad mentem praepositi generalis et Patris Natalis.*

† Molto Rdo. nostro in Christo Padre. Pax Christi. Il Rdo. in Christo Pater Natale ha communicato meco quello che la

¹ Ex autographo, in *Cod. 29 g*), 253 (414). Vide pag. 368; et 382.

² Ex autographo, in *Epist. Natal.*, II, schedula in 4.^o, 182 (423). Vide pag. 355; 400; et 477.

P. V. scriue circa il vestir delli nostri in Spira et per la Germania, et a me occorre che quelli, li quali dalli nostri sono et saranno in Spira, che dal principio incommenzano vestirsi al modo come si vestino li honesti sacerdoti di quella città, et così li magistri respectiue ^a, et che nelli ^baltri collegii a poco seguitano a conformarsi al medesimo vso nella Germania superiore, et questa prouincia del Rheno, benchè in Colonia et Treueri si può vsar del vno et altro habito, come lochi li quali in molte cose hanno communicatione cum quelli dell' inferiore et superiore Alamagna, et così monstraremo che non sia l' vno nè ^cl' altro habito proprio della Compagnia, come tra gli nostri etiam alchuni nutriscano li capilli in testa, li altri vanno tonsi. In tutto molto voluntiero, sicome in ogni altra cosa, così in questa, sequitaremò il iudicio et parere di V. P., cui Dio nostro signor conserui in sanità a gloria sua et direttione nostra, a cui orationi continuamente desidero esser raccomandato. Di Treuere, a dì 10 di Aprile 1567. D. V. R. P. seruo et figliolo in Christo,

ANTONIO VINCK.

Inscriptio a tergo: † Per il molto Rdo. P. Francesco [di Borgia, preposito generale della Compagnia di Iesus. *Alia manu:* 1567. P. *Vestigium sigilli.*

XLIV

S. FRANCISCUS DE BORJA

PATRI ANTONIO VINCK

Romae, 12 Aprilis 1567 ¹.

De novi archiepiscopi trevirensis electione.

Doppo l' altra scritta intorno al arcivescouo eletto treuere ², ci è stato referito che la elettione non è ancora fatta. Posso dire con uerità, che tanto il summo pontefice, quanto altri principali di questa curia romana, haueuano preso special consolacion intendendo fossi fatta l' elettione in persona del signor decano... et V. R. con quello che sarà eletto usi la medesima diligentia che per altra li è stata raccomandata...

^a Non clare apparet an *respectiue* vel *respectiue* emendatum sit.—
^b Emendatum a N. (?) ex *nelle*.—^c Emendatum ex *non* (?).

¹ Ex Regesto, *Cod. 33 g*), fol. 10 v. Vide pag. 453; 468; et append. XLI.

² Jacobus ab Eltz vel Elz.

XLV

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Dilingae, 24 Aprilis 1567 ¹.*De collegio herbipolensi, et de uestitu sociorum in Germania.*

His diebus literas accepi P. D. Natalis, quibus potissimum agit de collegio herbipolensi, et aliqua ex parte respondet difficultatibus, quas Paternitas Tua Romae consideratas nobis communicauit. De his ait se Romam quoque scripsisse, et rationem reddidisse pactorum, quae nunc magis ac magis urgentur a Rmo. herbipolensi ². Placet autem Patri quoque Natali, ut hoc anno dimidiatum dumtaxat collegium illic inchoetur. Ego minus periculi et incommodi in pactis illis esse putarem, si haec ferant, quae ad obligationes factas pertinent, nostrae constitutiones, sicut P. Natalis ex iisdem probare uidetur. Nec fortasse rationes desunt, quibus ostendi possit utilitas inde proueniens, cum nostra collegia honestas sustinent obligationes, in alendis praesertim theologis et concionatore, sicut hactenus in multis collegiis factum uidemus. Verum si aliter uisum erit Paternitati Tuae, praescribat quaeso certam foundationis et dotationis formulam, quae bono episcopo commostrari commode possit, uel breuiter ostendat, quae aut mutata aut expuncta uelit in priore, quod misit episcopus, instrumento... Monet P. Natalis, ut isthuc quoque scribam, quid mihi uideatur de nostris in Germania uestiendis, cum in publicum prodeunt. Placet mihi sententia bullae Iulii pontificis, quae in 6 parte constitutionum confirmatur, ut uestitus noster ad usum loci, in quo uiuimus, id est, communi, et approbato mori honestorum hic sacerdotum, sit accommodatus. Nam et hispani et portugallenses Patres in uestitu habent ali-quod, quo se aliis sacerdotibus illius nationis conformare dicuntur. Nec dubito, quin hac in parte inuidiam effugere maioremque bonorum gratiam nobis conciliare possemus. Quae tamen sic intelligo, ut nostri, cum in aliis, tum in uestitu omnem luxuriam uitent, et promissae paupertatis recordentur...

¹ Ex archetypo, in *Epist. Canisii*, II, 191 (258). Vide pag. 355; 400; 433; et append. XLIII.

² Fridericus a Wirsberg.

XLVI

STANISLAUS HOSIUS

PATRI JOANNI DE POLANCO

Heilsbergae, I Maji 1567 ¹.*Braunsbergense collegium spoliari operariis optimis conqueritur.*

Rde. Pater, frater in Christo charissime et honorande. Quod herbipolensis episcopus ² vestrae Societatis collegium in ciuitate sua constituerit, gratulor; sed cum prior id fecerit Braunspergae cardinalis varmiensis, et lege cautum sit, vt qui prior est tempore, potior sit iure, vestrum facio iudicium, an aequum sit vt priorem spoliatis, posteriorem vero ditetis, nisi fortasse braunspergenses aegyptios, herbipolenses autem hebreos esse iudicatis. Ego vero de P. Natali mihi longe aliud persuadebam, quandoquidem vetustior illi mecum quam cum herbipolensi episcopo familiaritas intercedit, facturum eum, vt augeter potius collegium hoc a nobis institutum, quam vt imminueret; sed si vobis omnino deliberatum est spoliare aegyptios, ditare autem haebreos, equidem non impedio quominus id faciatis. P. Petrum Phaë libenter vobis remittam, dummodo in locum illius designetis P. Dionysium ³, qui nunc est in Germania inferiore, qui pridem statim ab initio nobis promissus, neque tamen adhuc missus est. Sic nos verbis tantum alimur, alii rebus ipsis pascuntur. Nam quod scribit P. V.^{tra} quod in locum P. Petri sit missus doctor Astensis ⁴, quod bona cum illius venia dixerim, non in P. Petri, sed in Christophori ⁵, doctor in doctoris, rector in rectoris locum est missus. Proinde alium, in locum P. Petri, mittatis, si eum a nobis auferre uultis. Quinque iam adempti mihi sunt, Arnoldus, Christophorus cum suo socio, Paulus, quinti nomen non succurrit; nam de sexto, Simone, qui sponte sua segregauit se, nihil nunc dicam. Scio quod causabimini imbecillitatem P. Dyonisi, sed nos habemus hic medicum insignem, cui nomen est Joppenbix, quo facile morbi curantur omnes. Testis est doctor Christophorus, qui nunquam in vita sua se melius valuisse scribit, quam cum esset Braunspergae, cum illo medico vteretur. Testis et ipse doctor Astensis, qui mire se medici huius

¹ Ex archetypo, in *Cod.* 38, duplici fol., 171 (470).

² Fridericus a Wirsberg.

³ Henricus Dionysius. Vide epist. 486, n. 5; 494, n. 2; 509, n. 7; 512, n. 1; 515, n. 5; etc.

⁴ P. Joannes Jacobus Astensis (Asten). Saepius de eo dictum est. Vide epist. 512, n. 1.

⁵ Strobellius. Vide pag. 218, annot. 5.

opera iuuari non semel fassus est: denique quotquot sunt in collegio nostro, quod singulare Dei beneficium agnoscimus, non fere quisque eorum grauius aegrotat, etiamsi magnos labores sustineant. Quamobrem tuto mittere P. Dyonisium huc potestis, vt curet valetudinem suam. Nos vero, non solum P. Petrum, verum si quem etiam alium praeterea uultis in eius locum, libenter concedemus, vt vnus loco duos habeatis; sin autem secus aliquid a nobis factum fuerit, in romana curia P. Natali litem intentabo, qui tam inhumaniter mecum agit, cum ego nihil tale commeritus de illo videar. De doctore Torrense plane mihi nouum accidit et inexpectatum, sed ei tamen gratulor, quod optimam partem elegerit, quae non auferetur ab eo. Pridem ille Societatis vestrae fuisse videtur, etiamsi diuersum ab illius magistris quandoque sentiebat. Confirmet hoc Deus, quod operatus est in illo. Quod superest, me precibus P. V.^{trae}, quin et Societatis totius, diligenter commendo. Datum ex castro nostro Heilspergk, 1 Maii anno Domini 1567.^o Frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. Patri, domino Joanni Polanco, sacrae theologiae doctori, Societatis Jesu cancellario, etc., nobis in Christo charissimo. *Alia manu:* P. e. m. b. *Et alia.* 1567. Heilspergk. Cardinale varmiense, p.^o di Maggio. *Sigilli vestigium.*

XLVII

P. ANTONIUS VINCK

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Augustae Trevirorum, 6 Maji 1567 ¹.

De proximo Natalis discessu.

... Il Rdo. P. Nadal si dispone d' andar di questa prouintia a quella dell' inferior Almagna, cui prouinciale è qua, et fa istanza che vada presto, per il collegio di Liegge, et quello di santo Odomaro (S.^t Omer), li quali danno fretta. Noi molto uoluntiero hauessimo che restasse anchora con noi altri, sperando che si potria far qualche cosa com il Rmo. di Moguntia et Treuere più efficacemente cum la presentia di Sua R.^a che in absentia. Si consola interim che intendiamo come restarà per alchuno tempo non troppo lontano di qua, doue sono le aque amare, et si ce accaderà qualche cosa, haueremo ricorso a Sua R.^a...

¹ Ex autographo, in *Cod.* 29 g), 264 (430).

XLVIII

P. ANTONIUS VINCK

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Augustae Trevirorum, 10 Maji 1567 ¹.*De Natalis profectione, deque fructu ejus ministerii.*

... Alli 9, incirca, delle hore tre dopoi il pranso, di qua si è partito il R. P. Nadal alla volta di Liege, hauendo per la sua presentia et essortationi et direttione molto adiutato et consolato questo collegio. Dio N. S. lo remunerì, et alla P. V., lo quale si l' ha mandato, et ad esso della sollicitudine et trauaglio le quali piglia. Cum esso è anchora partito il R. P. Francesco Costero, prouinciale della inferior Almagna, lo quale è stato qui espettando acciochè il P. Nadal andasse a Liege, essendo che il vescoou fa grand' instantia acciochè si li dia principio a quel collegio, et così a quello di santo Odomaro.

XLIX

P. LAURENTIUS MAGIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Vindobonae, 11 Maji 1567 ².*De professione fidei.*

... Il P. Natale ci scrisse già che si metesse in essecutione *professionem illam fidei faciendam a promouendis ad gradus*, fatta da Pio 4.^o; ma quanto alla vniuersità, che se ne domandasse risolutione della P. V., cioè se 'l nostro professore ha di consentire alle promotioni, *nisi fiat talis professio*, anchorchè non sia qui publicata, nè noi la teniamo.

L

SYBERTUS BRONCHORST

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Coloniae, 20 Maji 1567 ³.*Gesta Natalis in collegio coloniensi.*

... R. P. Hieronymus Natalis in principio Martii ad nos venit, et mansit usque ad mensem Aprilem; a quo multa bona au-

¹ Ex autographo, in *Cod. 29 g*), 265 (435). Vide epist. 480.

² Ex autographo, in *Cod. 29 g*), 19 (206).

³ Ex autographo, in *Cod. 29 g*), 273 (486). Vide epist. 466; et 469, n. 4.

diuimus, vidimus, et in scriptis recepimus. Omnes examinavit et singulorum confessiones audiuit. Primus celebravit officium feriae sextae in septimana sancta in nostro domestico sacello; fecimusque ibidem sepulchrum dominicum, et per vices nocte et interdiu quatuor legerunt psalterium, quod fratribus et studiosis nostris excitamentum fuit deuotionis. Singularem charitatem collegio exhibuit, et multa in meliorem modum reformauit. Ac curatius nunc domus seclusae, vt nulli pateat transitus. Nouitii suum praefectum et exercitia habent, et bene proficiunt.

LI

S. FRANCISCUS DE BORJA

FRIDERICO A WIRSBERG

Romae, 20 Maji 1567¹.*De collegii institutione.*

Redditae mihi fuerunt litterae D. V. Illmae. simul cum instrumento ad foundationem collegii pertinente, et gratias ago Deo, a quo omnia bona procedunt, qui talem animum et de religione catholica ac subditorum suorum salute promouenda tam sollicitum D. V. Rmae. dederit; pergrata etiam mihi fuit Patrum Natalis et Canisii alacritas et promptitudo, qua Societatis operam ad huiusmodi pium negotium obtulerunt...

LII

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Dilingae, 12 Junii 1567².*De dimissione Vischerii Borgiam et Natalem consulit.*

Post longam expectationem heri coniunctim accepi, quae partim 5 Aprilis, partim 20 Maii scribi ad me uoluit Paternitas Tua. Alias uero mitti curabo, quae ad P. Natalem et prouincialem rhenensem scriptas simul accepi...

P. Vischerus³ me superioribus diebus Augustae conuenit, et

¹ Ex Regesto, *Cod. 33 g*, fol. 23. Vide epist. 477; 478; et append. XLV.

² Ex archetypo, in *Epist. Canisii*, II, 197 (264).

³ Hunc P. Vischerium suspicamus esse eundem Joannem Piscatorem syponatinum, wurtembergensem, cujus examen in *Epist. Natal.*, II, 566, habetur; qui quidem alius prorsus est a Joanne Piscatore, romano, de quo scripsit PATRIGNANI in *Menologio*, III, 60-62. Unde emendandum est quod in *Epist. Natal.*, II, 186, annot. 2, diximus de Vischerio (Piscatore), eum sc. fuisse magistrum S. Aloisii Gonzagae; quae conueniunt Piscatori ro-

rogauit plane, ut uotorum uincula ipsi soluerem. Dixi in mea potestate id non esse. Quoniam uero meum de illo iudicium requirit P. Tua, parum aptus mihi uidetur huic instituto, et qui superioribus annis Societatis nostrae spiritui male se conformauit, amator licentiae. Scripsi de illo quoque ad P. uisitatorem...

LIII

EX LITTERIS ANNUIS COLLEGII MOGUNTINI

Moguntiae, 13 Augusti 1567¹.

Collegium moguntinum a Natali lustratur.

Profuit ad hoc [sc. studium virtutis] multum ac diu expectatus R. P. Natalis aduentus, ex quo plurimus huic collegio fructus accessit. Etenim post sedulas ac diligentes de nostrae Societatis instituto, fine, personis et ornamentis exhortationes, omnium etiam confessiones audiuit, et remedia, prout cuique opus erat, contra morbos praesentissima dedit. Vota omnium suscepit, unicuique sua officia ordine decentissimo distribuit. Scholasticas concertationes et exercitationes ad normam et modum romani collegii, quantum fieri potuit, traduxit. Quodque maius est, hisce omnibus uiuum exemplum prudentiae, pietatis ac uerae religionis seipsum nobis omnibus exhibuit. Faxit Deus opt. max. ut cuius nobis ita praesentia placuit, eius uita multis annis perfruemur.

LIV

S. FRANCISCUS DE BORJA

BEATO PETRO CANISIO

Romae, 23 Augusti 1567².

De collegii herbipolensis institutione.

Quanto al negocio del collegio herbipolense, presupposto che ci è parso quel modo di obligarsi la Compagnia, che pensaua il P. Natal poter farsi, non esser conforme alle nostre constitutioni,

mano. Vischerius autem, sypontinus, in catalogo romano, cui titulus *Vota simplicia*, recensetur inter eos, qui uota simplicia scholasticorum renouarunt Romae 6 Ianuarii 1563. His adde quae ex P. Braunsberger nuper accepimus: «P. Joannem Vischerium» comparere in collegii monacensis catalogo initio anni 1565 Romam misso (Germ. Sup. Cat. 1566. 1599) ff. 376, 377: non autem cerni in catalogis ejusdem collegii, qui exeunte anno 1566, et Oct. 1567 scripti sunt (loc. cit., ff. 385, 409, 412).

¹ Ex *Cod.* 29 g), 314 (531). Vide epist. 465.

² Ex Regesto, *Cod.* 33 f), fol. 56. Vide pag. 478, et 526.

per esser il predicar et legger cose diuine et simili altri ministerii, per tanto proprii del nostro istituto; et similmente non è parso esser cosa che conuenga il dar tanti professori...; non ci è parso douer confermar il contratto, parte per esser contra il nostro istituto, parte per esser troppo graue...

LV

WOLFGANGUS PYRRINGER

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Vindobonae, 1 Septembris 1567¹.*Litterae annuae.*

... In colloquio uero spirituali, quod iussu R. P. Natalis a coena ter in hebdomada haberi solet, semper eae res afferuntur, quae nec dici nec audiri possunt absque magna animorum utilitate ac fructu.

LVI

P. ANTONIUS VINCK

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Moguntiae, 4 Septembris 1567².

Natalem conuenit ad fontem leodiensem: de rebus provinciae illum consulit.

Essendo che dopoi che di questo collegio mi sono partito alli 14 di Julio per andar et trouar al Rdo. P. Nadal visitatore, per darli auiso di quello che hauessi fatto in Herbipoli et Spira circa le fundationi di detti collegii, non ho scritto, darò almanco in generale raggione di quello che in questo viaggio ho fatto... Alli 23, S. S. Rma. [electus trevirensis]³ si dette alquanto di viatico et vn compagno et guida, et in fine in quel giorno arriuassimo a Stabuleto⁴, vnde la matina sequente, incirca le hore otto, arriuassimo a Spaë. Domandando trouassimo il alloggiamento

¹ Ex autographo, in *Cod. 29 g*, 36 (219).

² Ex autographo, in *Cod. 29 g*, 323 (537). Vide pag. 479.

³ Jacobus ab Eltz, vel Elz.

⁴ Prope fontem leodiensem nullum reperimus oppidum hoc nomine nuncupatum. Unde existimamus sermonem hic esse de *Stabulo*, quod oppidum non longe a spaënsi fonte ad orientem solem situm est. De illo haec Ferrarius: «Stabulum, Stabulo, oppidum Belgii, cum Abbatia celebri, ad amnem Rechte, in ditone Episcopi Leodiensis, et in confinio Luxemburgensi. 4. leucis distat a Limburgo in meridiem.» FERRARI-BAUDRAND, *Lexicon geographicum*.

del R. P. Nadal, lo quale allora cum li compagni era andato alla fontana, la quale sta incirca di vna hora di camino fuora del pago. Poco dipoi tornò a casa il R. P. Nadal et compagni, et ci riceuessino con molta charità. Diedi ragioni quanto poteua di quello che era passato, non tanto di quello delle fundationi di Herbipoli et Spira, ma delle dispositioni delli collegii di Spira, Moguntia et Treuere, et volendo trattar alchune cose in particolare, mi dice che non haueua più di determinar, et che non era più mio superior, per stare fuora della prouintia del Rheno, perchè nel officio del visitatore haueua posto V. P. come il visitatore, hauendo visitato la prouintia, non si impaciaria più in quella; le quali lettere mi monstrò, benchè io per commissione di Sua R. già in Spira l' haueua visto. Et replicando io come la R. P. V., quanto alla persona sua, era contento che nelle prouincie vicine anchora hauesse di fare et adgiutar, dice che per la persona sua non voleua che si partesse dalle regole ordinarie, et che non voleua questo priuilegio. A me pareua che era alquanto tentato, et io del altra banda molto più, hauendo fatto ogni supposto che il R. P. Nadal haueua di disporre di ogni cosa del collegio herbipolense, designar il rettore et altre persone, et dalle lettioni, le quali hauessimo di legere, et per questa causa non haueua io scritto niente alla R. P. V. si non per il predicatore, lo quale pareua non si poteua trouar in questa prouintia, nè in quella della superior Almagna. Si offeriua pur preparato in darmi buono consiglio, lo qual consiglio io ho pigliato come ordine di obseruar, quanto sarà possibile... Poi hauendomi posto il R. P. Nadal in tal carico, et non solamente non adgiutandomi di altre persone, ma anchora leuandomi o impediendo che non mi potesse seruir delli subgietti della prouintia, mi pareua molto forte. Et in vero, Padre, mi ha costato non poche lachrime, attendendo la mia necessità, sì etiam poi perchè fu causa che il bon P. Nadal si turbasse, et io anchora mi persuadeua, come il tempo già era passato tanto, poichè haueua di Herbipoli mandato l' instrumento della fundatione, et tal come pensaua che non saria dubio d' esser accettata della P. V. per esser accontiato come V. P. desideraua, et che poi si haueua di metter tanto tempo et spese per far venir vno di Roma. Pur in fine il Rdo. P. Nadal mi offerse il Massimiliano, perchè non pareua che il dottor Henrico, hauendo fatto quel frutto in Maestricht, si leuasse, etc.

LVI (bis)

STANISLAUS HOSIUS

PATRI JOANNI DE POLANCO

Heilsbergae, 13 Septembris 1567¹.*P. Henricum Dionysium sibi mitti postulat.*

S. P. Quod P. V., quae scribuntur a me, in optimam partem interpretatur, etsi nunquam aliud mihi de sancta Societate vestra persuadebam, gratum tamen fuit etiam ex illius literis id cognoscere. Est quidem ita, quod sanctam Societatem hanc auctam et multiplicatam vbique locorum cupio, sed absque tamen detrimento collegii nostri braunspergensis, cum non ignoret P. V., quod ordinata charitas incipit a seipso. Quod vero attinet ad P. Henricum Dionysium, eum iure meo vindicare mihi videor, quandoquidem semel ab hac sancta Societate mihi promissus fuit, cuius verbum non dubito quin sit: est, est. Quod autem iterum valetudinem causatur, si mihi liceret, ipse quoque dicerem P. Vestrae: *Modicae fidei, quare dubitasti?*² Nullus esse potest locus commodior illius valetudini tuendae et conseruandae, quam sit Braunsperga, quo posteaquam venerunt, qui languiebant alibi, statim sani facti sunt, et per Dei gratiam fruuntur omnes bona valetudine. Quamobrem, si vultis illius incolunitati prospectum, huc eum mittite, praecipue sub vernum tempus, ac R. P. Natali, ne secus faciat, serio mandate. Nam si scripseritis vt videat num possit proficisci, quandoquidem nescio qua de causa mihi est iniquior, et spoliare me quam augere inuult, facile negabit. Sed, si quid esse putat ab hyeme, quae iam instat, periculi, poterit eius profectio in proximum ver differri. Simul autem vt is venerit, libenter mittam P. Petrum³, vtcumque mirabiliter hic ametur ab omnibus, etiam cum aliquo ex minoribus. Nam quod ad P. Baltasarem⁴ attinet, sunt in eo quoque Dei dona non pauca, propter quae nollem eo carere, praecipue cum, qui graeca profiteatur, nullum alium habeamus. Amatur et is a me non vulgariter. Quae per Societatis rectorem acta sint Elbingae, cognoscet ex literis P. Francisci. Quae vero mecum communicauit de pontifice, valde mihi grata fuerunt. Dominus conseruet eum, et viuificet eum. Quod superest, opto P. V.^{am} bene valere, cuius me orationibus et sacrificiis commendo. Datum ex castro nostro Heilspergk, 13 Septembris 1567. Frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

¹ Ex archetypo, in *Cod.* 38, duplici fol., 181 (476). Vide append. XLVI; et epistolas ibi citatas.

² MATTH., XIV, 31.

³ Phaë.

⁴ Hostovinus.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. Patri Dno. Joanni Polanco, sacrae theologiae doctori, Societatis Jhesu cancellario, etc., nobis in Christo charissimo et honorando. *Alia manu:* p. e. m. *Alia:* C. 1567. Heilspergh. Cardinal. varmiensis. 13 di 7.^{bre} *Sigilli vestigium.*

LVII

P. LAURENTIUS MAGIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Vindobonae, 1 Octobris 1567¹.*De ordine domus probationis.*

... Nella casa nostra di probatione si siegue quel ordine che di costi è mandato, et che l' anno passato reuidde il P. Natale. Il P. Francisco Antonio tiene un' altro assai più breue, et anche diuerso, et dice che si serua costi. Vorrei sapere qual piace alla P. V. che seguitiamo, et che ci fosse mandato cosa certa et ferma. In substantia le cose mi paiono le medesime, ma il modo et la methodo sono diuersi. Il medesimo dico dell' esame che si fa *post ingressum, in prima probatione*, benchè il modo del nostro esame, ordinato dal P. Natale, mi piace assai.

LVIII

P. FRANCISCUS COSTERUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Sancti Audomari, 31 Octobris 1567².*Natalis gesta Antverpiae, Bruxellis, Gandavi, Tornaci et Sancti Audomari.*

... Fuimus initio huius mensis Antuerpiae, vt P. T. nuper significauit. Scripsit inde R. P. Natalis de instantia hispanorum pro duobus Patribus suae nationis, quibus literis cum ego meas adiunxerim, non est quod addam aliud, quam vt P. V. rogem ne patiatur bonos illos et liberales dominos sua tam diuturna expectatione frustrari...

Antuerpia profectus est P. Natalis Bruxella[s] 11 huius, et ego cum ipso. Salutauit illic ducem albanum³, a quo humanissime et supra omnem expectationem est susceptus, iussus sedere, caput operire, etc., neque prius vel sedere vel caput tegere

¹ Ex autographo, in *Cod.* 29 g), 44 (227).

² Ex autographo, in *Cod.* 29 g), 345 (169). Vide epist. 489; 494; et 498.

³ Ferdinandus Alvarez de Toledo. Vide epist. 497, n. 9.

dux ipse voluit, quam id Pater faceret. Quoties etiam Pater assurgebat inter colloquendum vel caput aperiebat, idem faciebat dux ipse, qui etiam omne suum officium Societati obtulit in his regionibus. Accessimus deinde ducissam parmensem ¹, quae eadem humanitate omne officium suum Societati promisit, subinde repetens se filiam esse Societatis ob Patrem Ignatium confessarium. Visitauimus praeterea ducis confessarium minoritam, qui se nobis valde humanum exhibuit. Quaesiuit deinde P. Natalis occasionem agendi aliquid de fundatione collegii alicuius in ista prouincia, et nominatim Gandau. Consulebat enim licentiatuſ Vargas ², hispanus, valde ex re futurum si dux per literas significaret abbati sancti Petri gandensis sibi gratum fore si serio animum adiceret ad collegii fundationem. Recepit in se licentiatuſ Vargas vt duci istud proponat, sed visum est nondum esse tempus, vt de hac re nos latius ageremus. Proinde 17 huius, relicta Bruxella, venimus Gandauum 18 eiusdem, vti cum Rdo. abbate sancti Petri agere cogitaueramus de animo suo, quod aliquoties mihi exposuit, nempe se empturum domum Societati, et daturum in annos redditus firmos, initio 600 florenos. Sed de hac re agere non licuit, tum quia aduersa valetudine a tribus septimanis abbas laborauerat, tum quia pridie quam ad eum veniremus, aula ab ipso 10 mil[ia] florenorum exegerat. Igitur 21 huius egressi Gandauum, venimus Tornacum 22 eiusdem, vbi, instituta consueta visitatione domus nostrae, accessimus Rmum. episcopum, cui P. Natalis rationem exposuit cur nostri Tornacum non redierint. Benigne nos excepit episcopus, et ostendit se dolere de absentia collegii, rogabatque vt saltem puerorum institutionem assumeremus. Nam, vt augeantur redditus collegii, quos ante habuimus, id fieri his temporum difficultatibus non posse, quibus ipsi valde gravantur sumptibus et variis expensis...

Profecti Tornaco 25 huius, sternimus ad sanctum Audomaram 27 eiusdem, vbi 12 agunt e nostris, 4 sacerdotes, 3 praeceptores, 3 coadiutores et 2 studiosi. Episcopo Vehemente [?] fuerunt gratae literae P. V., et dicit se mille florenis nolle quin eas recepisset. Scholae parantur, sed ante festum natiuitatis Domini non aperientur. Cogitauit enim episcopus vt 7 Ianuarii nostri auspiciarentur lectiones. Magno animo pergit nostris fauere, et in dies crescit amor suus in Societatem. P. Natalis his diebus occupatus fuit in examinandis fratribus et eorum confessionibus excipiendis, quare proximis literis scribam vberius de omnibus, quae hic fuerint acta...

Dixit praeterea mihi P. Natalis se scripsisse P. V. inclinationem suam, quam habet vt in his regionibus maneat, etc. Ego de

¹ Margarita de Parma.

² Joannes de Vargas. Vide pag. 612, annot. 2.

hac re cum licentia P. V. iudicium meum scribam. Apparet mihi valde futurum ex re istarum prouinciarum, si P. Natalis, absoluta visitatione, in his partibus maneat, non sine omni authoritate, sed cum magna potestate, vt omnibus dubiis nostris possit respondere et praesentes dirigere. Nam admodum tarde potest ex vrbe omnibus satisfieri, cum tamen frequenter opus sit festinatione, potissimum quando prouinciales sunt iuuenes, parum experti rationem Societatis. Ego ab 11 Augusti literas nullas a P. V. recepi. Proinde optarem P. Natalem residere Antuerpiae, vt inde nos adiuuet et externos, qui ipsum consulent. Vtilissimum hoc erit si rex adueniet, cum quo de multis rebus agere poterit...

LIX

P. LAURENTIUS MAGIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Vindobonae, 19 Nouembris 1567¹.*Patris Natalis scholia in constitutiones postulat.*

... Una gratia voglio domandare alla P. V. con desiderio anche di ottenerla senza preiudizio de maggior bene. Io ottenni già dal P. Natale di auer copia delli suoi schollij sopra le constitutioni, et già aueua cominciato a comunicarmi qualche cosa; ma come dipoi s' ha tanto discostato da noi, non ha auuto successo la cosa. Io so quanto m' habbia giouato la pratica di quel benedetto Padre et communicatione, alla cognitione dell' instituto, quel poco di tempo, che l' anno passato fui conseo. Taccio il gusto, che io piglio in questo studio, che tutto sia per il bene comune. Io confido che la P. V. non mancherà di promuovere questo studio per il profitto anche delli nostri di qua, acciò siano meglio indirizzati. Però io prego la P. V. di cuore che mi faccia hauere una copia di tutti quelli schollij, che non andranno fuori di mia mano, et mi saranno di molta utilità, maxime che con l' essere tanto lontano, non si può facilmente con lettere risolvere tutti gli dubij occorrenti in tal materia. Et se sarà bisogno fare spesa nel copiarlo, non si manchi perciò, che auisatone, manderò subito il riccapito, et haurei mandato hora alcun danaro, s' hauessi creduto, che si farà copiar il libro da forastiera persona, et non in casa; et non potendose mandare tutto insieme, si potrebbe successiue, per quaterniones, per via del nuntio apostolico, cominciando dalla 3.^a parte delle constitutioni²... Di Vienna, alli 19 di Nouembre 1567. Di V. P. seruo et figlio en Jesu X.^o,

LORENZO MAGGIO.

¹ Ex autographo, in *Cod. 29 g*), n. 54. Vide pag. 551, et 575.

² En responsum Borgiae huic epistolae datum die 19 Decembris 1567:

Inscriptio: † Al molto R.^{do} Padre nro. in X.^o il P.^e Francesco Borgia, preposito generale della Compagnia di Gesù. Roma. *Alia manu:* † p. e. *Alia:* C. 1567. Vienna. P. Lorenzo Maggio, prouinciale. 19 Novembre.

LIX (bis)

STANISLAUS HOSIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Heilsbergae, 24 Nouembris 1567 ¹.

P. Petrum Phaë retinere secum exoptat donec Henricus Dionysius ejus loco mittatur.

Rde. Pater. P. Petrus Phaë, quanto cum fructu sit alibi laboraturus in vinea Domini, nescio; verum hoc scio, quod hic amatur ab omnibus; et cum profiteatur nunc decreta sacri concilij tridentini, magna cum attentione auditur; et svnt non adeo pauci, qui se discessuros minantur, si fuerit hinc auocatus. Verum ego non difficulter eum alio transferri patiar, si, quod mihi semel promissum est de P. Henrico Dionysio, id ad rem collatum fuerit. Nec est quod morbum quisque causetur. Nam hac ipsa de causa missum eum huc oporteret, ut, cum sit infirma valetudine, firmiorem adipisci queat. Sed nec P. Philippus ² vsque comparet. Quamobrem licere mihi cuperem per R. P. V. tantisper P. Petro frui, dum semel promissa mihi praestentur; a quo maiorem in modum peto, ne, quod posterius est institutum, Herbipolense collegium, eius maiorem habere velit rationem, quam nostri braunspergensis, cum et iuris haec sit regula: qui prior est tempore, quod is potior est iure. Si, qui mihi fuit promissus, missus tandem aliquando fuerit, magna spe sum ex illius praesentia nos ingentem fructum consequuturos, et multos esse Christo lucrifacturos. Opto R. P. V. diu, bene, et feliciter valere, cuius precibus et sacrificijs me diligenter commendo. Datum ex castro meo Heilspergk, 24 Nouembris, anno Domini M. D. LXVII. Frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. in Christo Patri domino Francisco Borgia, sanctae Societatis Jhesu praeposito generali, fratri in Christo charissimo et honorando.

«Li scholii del P. Natale si doueriano riueder, secondo che fu ordinato nela congregazione generale. Et come questo sia fatto, si mandaranno a V. R.» Ex Regesto, *Cod. 33 f*), fol. 93.

¹ Ex archetypo, in *Cod. 38*, duplici fol., 185 (477). Vide append. XLVI, et LVI bis.

² Widmanstadius. Vide epist. 492, n. 1.

LX

P. FRANCISCUS COSTERUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Gandavi, 30 Novembris 1567¹.*De collegiis audomarensi, cameracensi et duacensi.*

Rdus. P. Natalis hoc mense visitavit collegium sancti Audomari, in quo, auditis confessionibus fratrum, iisque examinatis, vota eorum excepit in festo omnium sanctorum. Postea cum episcopo egit de rebus nostri collegii, et inter caetera de censibus, quos nobis emerat Rmus., mortizandis; de quibus cum dubitaret P. Natalis an firmi essent, citra mortizationem a rege, respondit episcopus firmissimos esse, nec regem in illos quicquam iuris habere... De confirmatione per bullam apostolicam foundationis et dotationis collegii dixit idem Rmus. nihil esse quod simus solliciti... de his existimo latius scripturum P. Natalem, sicut se facturum recepit. Multa praeclare ordinavit in hoc collegio audomarensi P. Natalis; sed in vno nobis difficultatem magnam reliquit, quod noluerit vt vlla ianua ex collegio ad scholas pateret, sed voluit vt tam scholastici quam praeceptores per plateam publicam ad scholam egrederentur, cum tamen magna sit commoditas parandi ingressum in nostro collegio sine externa hac distractione. Ratio, quae eum mouebat haec est, quod dicat se in aliis collegiis deprehendisse magna negligentia transeuntium et ianitoris, ostia huiusmodi perpetuo aperta relinqui. Precor vt T. P. nobiscum in hac re dispenset... Absoluta visitatione audomarensi, venimus Cameracum 7.^a huius mensis, vbi cum episcopo coepit agere P. Natalis, quae ad collegium illud pertinent. Nam cum episcopus quaereret qua ratione nos seminarii curam suscipere vellemus, exposuit illi institutum Societatis et decretum congregationis. Iamque dicebantur venturi aliqui praelati, qui de isto negotio tractarent, nihil tamen adhuc perfectum est, proinde, quaecumque acta fuerint, diligenter suo tempore P. V. scribam. In hoc cameracensi collegio omnes corpore et spiritu Dei gratia bene valent. Examinati sunt omnes et pro more generales confessiones instituerunt... Statuit ibi haerere P. Natalis donec transitus in Galliam ipsi pateret.

Profecti inde sumus Aquecinctum ad salutandum abbatem, qui nobiscum egit de collegio a se nobis instituendo Duaci. Haeres plene confecta non erat me praesente, sed me profecto, diligentius est tractata. Nam postquam cum P. Natali quantum satis esse iudicabat mansissem, passus est me proficisci Ganda-

¹ Ex autographo, in *Cod. 29 g*), 343. Vide pag. 508.

uum, vt illic isto aduentu conciones ad populum haberem, et ipse Cameracum rediit. Interea abbas aquaecinctensis consensum suorum monachorum petiit, quem obtinuit, nemine contradicente, vt collegium Societati erigeretur cum reddito mille florenorum, et praeterea aliae duae habitationes a collegio nostro distinctae, altera pro sacerdotibus futuris pastoribus, altera pro adolescentibus studiosis... Scribet late P. Natalis de hac re ad P. V...

LXI

EXCERPTA EX HISTORIA COLLEGII LOVANIENSIS

Anno 1567¹.*Natalis collegium lovaniense lustrat.*

Anno 1567, P. Hieronymus Natalis cum P. Ximenio collegium hoc visitavit et, quod in eo obedientiae, charitatis, ac mortificationis studium potissimum vigeret, magna se voluptate perfundi saepe testatus est, adeo ut hic perpetuo degere exoptaret; ac, seu ut victus nostri asperitatem ui voluntariae patientiae materiam traheret, seu ut exemplo socios confirmaret, atro pane et veteri, potuque frumentario uti homo hispanus instituit; verum cum animadverteret rector eius inusitata hac peregrinaque diaeta atteri vires, ea illi, ad morbi quod imminabat periculum populandum, interdixit. Eo praesente, actus hic provincialis conventus, in quo P. Maximilianus Capella provinciae rebus curandis Patri generali declarandis est electus...

LXII

EX LITTERIS ANNUIS COLLEGII AUGUSTANI

Anno 1567².*Multa a Natali prudenter constituta.*

... Rdus. Pater visitator antequam Germaniae inferioris partes peteret, multa pro sua prudentia constituit utilia vel necessaria hic degentibus, qui semper fere hoc anno septem fuimus, sacerdotes tres, reliqui laici.

¹ Ex codice, cui titulus: *Historia collegii Societatis Jesu Lovanii 1542-1695*, in «Archivis generalibus regni», Bruxellis, fol. 21 v. Hoc monumentum nobis transcripsit Ed. Laloire ex codice citato. Vide epist. 510; 512; 513; et 518.

² Ex *Cod. 29 g*), 266 (436).

LXIII

STANISLAUS HOSIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Heilsbergae, 5 Januarii 1568 ¹.*Operariorum e Societate paucitatem dolet.*

Rde. Pater. Quod Rda. P. V. Patrem Philippum ² ad nos miserit, habeo gratiam. Venit huc sub ipsa festa natalicia, quem ego statim Elbingam misi, vbi fuit per quatuor dies festos. Inde postea redijt ad me. Ipso die circumcisionis Domini fuit auditus a me, cum haberet concionem ad populum. Video virum esse doctum, et habere linguae gratiam, sed praeterquam quod iuuenis est, adhuc vocem etiam habet exilem, vt, nisi quis propius adsit, in tam ampla ecclesia, qualis est elbingensis, percipere verba non possit. Quamobrem gaudeo quidem illum huc esse missum, sed quod pro vno misso duo reposcuntur hinc, nimirum P. Petrus et P. Balthasar ³, non est quod gaudeam, nec est quod agam gratias. Promissus mihi pridem fuit P. Henricus Dyonisius, neque tamen hactenus missus est, quem si quando nobis habere licuerit, non recuso quin P. Petrus reuocetur. Quamdiu vero non venerit ille, quaeso Rdam. P. V. vt mihi P. Petrum non eripiat, ne videatur elbingensium saluti, quos Christo lucrificandi per eum spes ostenditur, invidere. Magno me dolore afficeret, si perstaret in hac illius reuocatione. Mea benedictione non prius proficiscetur quo iusserit R. P. V., quam P. Henricus Dyonisius ad nos venerit, cum praesertim alterius etiam ciuitatis magnae, quae non multum Antuerpiae cedit, Christo lucrificandae spes aliqua subesse videatur. Scio quod nemo me magis impedit, quam R. P. Natalis, de quo tamen meritis id esse non videor. Is nullum ad me mitti, quin et eos, qui missi sunt, ereptos mihi cupit. Solam esse putat Flandriam, quae tales verbi Dei ministros habere debeat, cum tamen aequae pro nobis pruthenis, atque pro flandris, sanguinem suum Christus profuderit, nec magis ad illos, quam ad nos, pretium hoc redemptionis pertinere videatur. Sed ego longior esse nolo. Nam ex R. P. Francisci * litteris caetera cognoscet. Hoc tantum addam: si mihi P. Petrus ereptus fuerit, et secus postea res Elbingae ceciderit, quam speramus et opta-

¹ Ex archetypo, in *Col.* 38, duplici fol., 190 (186). Vide append. XLVI; LVI (bis); et LIX.

² Widmanstadium. Vide epist. 492, n. 1.

³ Petrus Phaë et Balthasar Hostovinus.

⁴ P. Franciscus Sunye (alias Sunier, Sunnerius etc.) Vide ejus examen in *Epist. Natal.*, II, 549.

mus, dicam ego quoque: Mundus sum a sanguine elbingensium. Non enim subterfugi¹, quin omnia facerem ad illos Christo lucrifaciendos, quae potui: sit sanguis illorum super eos², qui P. Petrum hinc auocarunt. Opto Rdam. P. V. bene valere, cuius precibus et sacrificijs me diligenter commendo. Datum ex castro meo Heilsbergk, 5 Januarij, A. D. 1568. Frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. in Christo Patri, domino Francisco Borgia, S. Societatis Jhesu praeposito generali, etc. fratri in Christo charissimo et honorando. Roma. *Alia manu.* † m. p. e. *Et alia*: 1568. C. Heilberga. Ill.^{mo} cardinale warmiense. 5 di Gennaro. *Sigilli vestigium.*

LXIV

FERDINANDUS

Archidux Austriae

JOANNI FRANCISCO COMMENDONO

Oeniponte, 3 Februarii 1568³.

Facultatem sibi procurari petit, ut aliqui Societatis sacerdotes Halae prope novum monasterium habitare et sacra ministeria obire queant.

... Porro in hisce sanctis officijs hactenus ipsis charissimis sororibus nostris per sacerdotes ex collegio ordinis de Societate Jesu, hic existente, ita seruitum et satisfactum est, vt ipsorum vitae integritate, et in sacris litteris doctrina singulari probe iam perspecta, vehementer desiderent etiam Halae prope locum habitationis suae aliquot illorum uti sacellanos et confessionarios [*sic*] suos praesentes habere. Sed cum illis de Societate Jesu integrum non sit id sine Reuer.^{di} Patris Francisci Borgia, tanquam ipsorum praepositi generalis, consensu et dispensatione facere, Nos optima Dilectionis vestrae nobis gratificandi voluntate confisi, ad eandem hac de re scribendum duximus.

LXV

S. FRANCISCUS DE BORJA

PATRI NICOLAO LANOIO

Romae, 5 Februarii 1568⁴.

Ut reginae Magdalenae suadere nitatur, ne dona collegio mittat.

... Dicali anche V. R. (alla serenissima D. Magdalena) che

¹ ACT. APOST., XX, 26, 27.

² MATTH., XXVII, 25.

³ Ex archetypo, in cod. Vatic. *Epistolae principum*, 26, fol. 70 et seqq.

⁴ Ex Regesto, *Cod. 33 g*), ff. 107 v, 108. Vide pag. 120.

come ha cominciato a sminuire l' apparato che ogni dì usauano, mandando doi seruitori che portassino cose da mangiare al nostro collegio, così si contentino de non mandar anche quel uno che adesso mandano, et uolendo far l' elemosina per li amalati, o sani, altro modo potranno hauer di maggior edificatione che mandar ogni giorno li cibi costì al collegio; et se non se lasciassi persuader S. A., pigli V. R. un'altra uia, quale sarà forse più facile, et è de non dar niente di quello che mandaranno a casa, alli confessori, nè poco nè assai, ma si dia ad altri amalati o sani, et alli confessori se li proueda del ordinario di casa, secondo che V. R. giudicherà conuenirli, perchè intendendo questo le regine, è de credere che cessaranno di mandar queste carezze...

LXVI

P. OLIVERIUS MANAREUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Parisiis, II et 28 Junii 1568 ¹.*P. Natalis Parisiis: comitia provinciae.*

II Junii haec Manareus Borgiae scripsit:... Doppo le mie..., questa settimana habbiamo hauute lettere del P. Nadale, con le quali egli ne scriue che fra pochi dì starà qui, il che molto desiderano tutti i nostri fratelli a fine ch' egli con sua prudenza ordini un poco meglio le cose di questa prouincia, et pregano molto humilmente V. R. P. ci faccia quel ben di fermarlo in questo collegio almeno tre mesi, acciò l' ordini suoi pucssino pigliare con la sua presenza et sollicitudine maggiori radici et uigore...

28 Junii, idem eidem haec retulit: Molto Rdo. in X.º Padre. Per gratia di N. S. et sancta sollicitudine di V. R. P. è finalmente giunto qua il Padre Rdo. nostro commissario, et già ha parlato priuatamente quasi a tutti nostri fratelli et consolatili molto con le sue sante essortationi. Homai commincerà darci l' ordini pian piano che giudicherà necessarij, per li quali scrissi poco tempo fa a quella che saria molto espediente ch' egli stessi qua 3, o 4 mesi almeno per più habituarci tutti noi nella perfetta obseruatione di essi, puochè tanto facilmente l' huomo ricade nelli primi falli; et è nientedimeno questo collegio per essere il capo et forma di molti altri, laonde non solamente il suo stare quei pochi mesi giustamente puose concedere, al mio parere, ma anche di lassarcilo perpetuamente; et tanto più che ueramente siamo in questa prouincia tutta tanto sprouisti di gente di qualità et gouerno, che quel buon Padre se n' è molto marauigliato, et con grande com-

¹ Ex autographo, in *Cod. 30 b*), 214 (341) et 215 (342). Vide epist. 526; 527; et 529.

passione di noi altri, come penso. Per tanto, per l' amore di X.º N. S., V. R. P. non ci nieghi questa gratia, che gli prometto in nome di tutti che ce sarà a gran seruigio di N. S. et della Compagnia et salute nostra, et riceuerà lei finalmente contento del frutto che ue uedrà riuscire... Qui saremo per ogni modo numero giusto di professi per fare la congregatione legitima, cioè, il P. Nadale, Pontio, M.º Maldonato che sarà professo, il rettor ch' è già professo, *et ratione officii*, et il prouintiale ch' à due uoti. Et quel ch' haurà da esser eletto sta qui, al parere di tutti et del P. Guido anche, cioè il P. D. Emondo Haugerio. Imperò il tutto si farà legitimamente piacendo al Signor; *et necessitas caret lege*. Del resto ne scriuerà il nostro Padrè visitatore...

LXVII

S. FRANCISCUS DE BORJA

PATRI CLAUDIO MATTHAEO

Romae, 27 Septembris 1568 ¹.*De Natalis Romam aduentu.*

... Il P. Natale gionse questi dì; e si considererà quel che V. R. scriue di dar soccorso alla malatia, in quel miglior modo che si potrà, benchè la persona di detto P. Natale, come adesso arriua stracho con la peregrinatione de più de doi anni e mezo, non pare si possa così presto mettere in nouo uiaggio.

LXVIII

S. FRANCISCUS DE BORJA

PATRI OLIVERIO MANAREO

Romae, 8 Novembris 1568 ².*Quae Natalis non potuit lustrare collegia, ipsi invisenda commendantur.*

Si è intesa l' andata al campo del P. Emundo ³, provinciale d' Aquitania... et anche uorrei, già che si troua impedito nel campo il prouinciale de Aquitania, che V. R. ancora uisitassi quelli collegii di sua prouincia che potessino uisitarsi senza pericolo, il

¹ Ex Regesto, *Cod.* 33 g), fol. 180. Vide epist. 537, n. 1. De Natalis Romam aduentu, et de officio ei collato, haec Polancus in suo paruo chronico annotauit. «Die 9 Octobris Pater noster praepositus, prius consultis provincialibus, et consultoribus suis, nominauit assistentem P. Hieronymum Natalem, qui, uisitatis quatuor Germaniae et duabus Galliae prouinciis, paulo ante Romam redierat.» Ex *Cod.* 41, fol. 156.

² Ex Regesto, *Cod.* 33 g), fol. 190.

³ Augerius.

che non potete fare il P. Natale, in fuora di quelli di Lione et Ciamberi...

LXIX

STANISLAUS HOSIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Heilsbergae, 23 Novembris 1568 ¹.

Laurentium Magium, Austriae provincialem, laudat: Henricum Dionysium postulat.

Rde. Pater. Fuit apud nos R. P. prouincialis, tanto gratior omnibus, quibuscum conuersatus est, quanto maioribus est a Deo muneribus cumulatus. Nam, praeterquam quod vir est non vulgariter doctus et eloquens, excellens iudicium et ingenium in eo singulare videre licuit. Vellem eo diutius frui nobis licuisset ². Quo loco res hic sint, non dubito quin ex ipsius litteris Rda. P. V. certior sit facta. Sunt enim, Deo sit gratia, multo meliore quam adhuc fuerunt, posteaquam duo primarij consules, qui fuerunt seditionis principes, senatu moti sunt. Confirmet hoc Deus, quod operatus est in illa ciuitate. Quod si non defuerint operarij, magnum aliquem fructum speramus, praesertim si missus huc fuerit, pridem a vobis promissus et ardentem a nobis desideratus, R. P. Henricus Dyonisius. Bona spe sum, quandoquidem in magnam expectationem venimus, futurum vt quamplurimi Christo lucrifiant, quod Rdae. P. V. curae futurum esse non dubito. Cuius precibus et sacrificijs me, quin et Prussiam nostram, in qua nunc turbarum aliquid videre licet, diligenter commendo. Datum ex castro nostro Heilpergk, 23 Nouembris A. D. 1568. Frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. in Christo Patri, domino Francisco Borgia, sanctae Societatis Ihesu praeposito generali, etc., fratri in Christo charissimo et honorando.

¹ Ex archetypo, in *Cod.* 38, duplici fol., 202 (203). Vide append. XLVI, LVI (bis), LIX (bis), et LXIII.

² «Laurentius Magius Austriae Prouincialis hac aestate in Poloniam iter intendit... tum primum Collegia Polonica Prouincialis inuisit.» SACCHINUS, loc. cit., part. III, lib. IV, n. 176. Cf. ROSTOWSKI, *Lituanicarum Societatis Jesu historiarum*, lib. I, n. 9.

LXX

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Augustae, 16 Aprilis 1569 ¹.*Per P. Natalem praesenti necessitati consuli exoptat.*

... Dominus in suam gloriam uertat omnia, et praesenti nostrae consulat necessitati per T. P. ac doctorem Natalem, ut qui res prouinciae nostrae sibi maxime perspectas tenet...

LXXI

STANISLAUS HOSIUS

PATRI JOANNI DE POLANCO

Heilsbergae, 11 Junii 1569 ².*De P. Henrico Dionysio sibi denegato conqueritur.*

Rde. Pater, frater in Christo charissime et honorande. Quod P. V., serius licet, meis tamen litteris responderit aliquando, tanto minus id moleste fero, quanto magis egregiam in me uoluntatem P. V. perspectam et exploratam habeo. De P. Henrico ³, quid faciam? Ut possumus, aiunt, quando ut uolumus non licet. Quod ad medicos prius referendum esse censuerunt, an sine periculo posset ad nos venire, tale quid, an ab apostolis tentatum fuerit, nescio, vel ab his, qui mittuntur in alium quandam orbem. Ego me quam longissime disiunctum ab apostolorum dignitate profiteor, quorum etiam corrigiam calceamenti soluere dignus non iuissem; sed, quod citra iactantiam dictum esse uelim, cum ternis Pavli quarti litteris uocatus in urbem fuisset, ad medicos non retuli, sed in ipsis Iulij et Augusti caloribus, Christi solius ope fretus, iter meum prosequutus, calendis Septembris Romam ueni, languens, fateor, sed castigans castigauit nos Dominus, morti autem non tradidit nos. Quatuordecim simul decumbebamus. Non modo non desideratus est quisquam ex meis, sed pristinae bonae ualeudini restituti sunt omnes. Quin et hoc ipso uertente anno, cum rumor quidam sparsus fuisset de noua quadam fiducula in lwblinensibus comitijs condenda, boreale frigus ingens non me retardauit, quominus ad comitia proficiscerer; et certe languebam quo tempore mihi fuit disceden-

¹ Ex autographo, in *Epist. Canisii*, II, 235 (81).

² Ex archetypo, in *Cod.* 38, duplici fol., n. 205, (201, uel 204). Vide append. XLVI, LVI (bis), LIX (bis), LXIII, et LXIX.

³ Dionysius.

dum; frigus etiam illud vehementer horrebam, praecipue vero diuersoriorum incommoditatem, de quibus R. P. Salmeronus aliquid vobis narrare poterit. Nihilominus, invocato Christi nomine, dedi me in viam, et piorum precibus, Deique beneficio singulari factum est, ut, quo longius proficiscerer, quo plus incommodorum ferrem, eo fierem valentior et robustior. Quod ego tamen Societatis vestrae precibus et sacrificijs acceptum tribuo, quae non video cur in mea persona, quam in P. Henrici magis efficaces esse debuerint. Aliud exemplum profero. Quintus iam, ni fallor, annus agitur, quo venerunt huc sanctae Societatis vestrae fratres, quo tempore multa loca per Germaniam, Poloniam et Prussiam peste fuerunt infecta. Sic autem suum iter instituerant, ut, quo quisque locus magis esset pestilens, in eum potissime diuerterent. Seruauit nihilominus illos Deus, et ex his, quos misistis ad nos, per Dei gratiam nullum adhuc perdidimus, neque periculosius quisquam aegrotauit, praeter P. Petrum ¹, qui tamen et ipse iam conualuit. Certe fratrum istorum obedientia satis admirari et exoculari non potest; sed ista P. Henrici, quod bona venia P. V. dictum esse velim, paulo mihi videtur esse delicatior. Sed quid faciam? Operarijs destitui me video, et hunc ipsum, quem adhuc habere sum visus, P. Petrum, auferre mihi P. Franciscus et alio mittere conatur, quin ut eum ipse mecum abducam vult, si profectus ad vos isthuc fuero, cui parendum fortassis erit. Video quod belgae nolunt P. Henrico carere; sed habent illi ducem albanum ², qui plus aedificat faciendo, quam P. Henricus praedicando: talem si nos haberemus, operarios a vobis mitti tanto studio non peteremus. Deo negotium hoc committam necesse est. Ille provideat vineae suae. Mirum est quod haedi mei tam facile, quos volunt, ministros acquirunt. Nam, ad illum priorem, adduxerunt nunc etiam alterum deteriorem, qui non germana modo, verum et polona lingua multitudinem a Christo abducit, et ad islebiensem antichristum traducit: sic factum est, ut hoc anno pauciores communicarent, quam anno superiore. Sed his de rebus et de multis aliis coram, si Deus volet, post aliquot menses agere licebit. Interea Rdum. Patrem generalem, Salmeronum, Natalem, Torrensem quoque nostrum verbis meis salutari peto; nam Warseuicium iam in viam se dedisse puto. Bene valeat P. V., meque in suis orationibus et sacrificijs commendatum habeat. Datum ex castro meo Heilspergk, 11 Junij anno Domini 1569.º Frater in Christo,

STANISLAUS, CARDINALIS VARMIENSIS.

Inscriptio in quarta pagina: Rdo. Patri D. Joanni Polanco, sacrae theologiae doctori, et sanctae Jesu Societatis cancellario,

¹ Phaë.

² Ferdinandus Alvarez de Toledo. Vide epist. 497, n. 9, etc.

fratri in Christo charissimo et honorando. *Alia manu*: 1569. Heilpergh. Cardinal warmiense. 11 di Giugno. *Sigilli vestigium*.

LXXII

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Dilingae, 23 Junii 1569¹.

Natalis sententia exquiritur de edendis in eodem libro Canisii et Turriani tractatibus. Litteras indicas cito absolvi et prelo committi exoptat.

... Si velit excudi reliquam partem in centurias paratam de primis pontificibus, fortasse consultum fuerit, ut meo scripto illa jungantur, utpote cum ad eundem finem tendamus². Sin mavult ea separatim edi, dubito sane an facile sit apud nos typographum inventurus. Sed rectius de his P. Natalis et Dr. Turrianus judicaverint, quos ambos in Christo reverenter saluto.

Tardius hoc Turrianum opus prodit, quoniam brevi abhinc tempore missum ad nos est Antuerpia, ubi cunctis insciis delituit diu. Dominus Jesus nobiscum.

Litteras indicas latine versas hic aedituri fuimus, sed repetiit eas P. Natalis, promittens majorem diligentiam in corrigendo. Quare mandet, quaeso, P. T., ut semel et cito absolvatur hoc opus, quod jam latine coeptum est excudi et recudi, neque a paucis desideratur.

LXXIII

B. PETRUS CANISIUS

SANCTO FRANCISCO DE BORJA

Augustae, 29 Octobris 1569³.

De libro doctoris Torres emendando rationes Natali allatus commemorat.

... Admonet idem P. Turrianus ut prioribus libris de hierarchica ordinatione scriptis tertius de sacrificio adjungatur. Re-

¹ Ex apographo recenti, nobis transmissio. Vide epist. 510, n. 7; 512, n. 5; 515, n. 6; 517, n. 6; 519; et 534, n. 2. De litteris indicis vide epist. 365, n. 2; 377, n. 2; 396, n. 9; 398, n. 9; etc.

² De libris Canisii contra centuriatores cf. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque de la C. de J.*, II, 673-675; et MICHEL, *l'ie du Bienheureux Pierre Canisius*, lib. V, cap. 5.

³ Ex autographo, in *Epist. Canisii*, II, 241. Vide append. LXXII. et epistolas ibi allegatas.

spondi autem illi serius hanc admonitionem huc esse missam, dispersis ejus excusi operis non paucis exemplaribus. Deinde ad P. Natalem rationes complures, et graves, ut putamus, perlatae sunt, ob quas non expediat scriptum illud de sacrificio in lucem prodire, nisi multis in locis retexatur atque mutetur...

LXXIV

B. PETRUS CANISIUS

OTTONI TRUCHSESS DE WALDBURG

Augustae, I Decembris 1569 ¹.*Librum doctoris Torres P. Natali mitti curat.*

... Joannes, qui recens hinc una cum Majore discessit, inter alios libros adferet Confessionem augustanam, librum Turriani, et duos de haeticis omnibus editos. Alterum horum reddi cupio P. Hieronymo Natali, qui semel et iterum hoc voluit opus ad se mitti...

LXXV

EX LITTERIS ANNUIS A P. JIMENEZ SCRIPTIS

Romae, 30 Decembris 1571 ².*Natalis, vicarius generalis Societatis, Borgia absente.*

... P. Natali, vicario, homini id aetatis uires diuinitus addi uidentur, ita studiose in negotiis gerendis Societatisque administratione versatus est, ut tamen de modo adhibendo a praeposito ipso generali eum admoneri oportuerit, quamquam initio quidem, ut complurium procuratorum negotia, quae hinc prosperans ille permiserat, celeriter expedirentur, necesse fuit elaborare uehementer. Is dedit operam ut omnia suum statum tenerent, multis uidelicet praeceptis usus, quae ille proficiscens ei dederat. Itaque non Romae solum totaque Italia, uerum etiam in omnibus uel Galliae, uel Germaniae prouinciis singulari Dei beneficio percommode administrantur omnia...

¹ Ex apographo recenti nobis transmissio.

² Ex *Cod. 31, Epist. Italiae, 1571*. Vide epist. 541, n. 1; 543; 547; et append. LXXVI.

LXXVI

EX LITTERIS ANNUIS

Romae, 31 Decembris 1572 ¹.*Gesta Natalis, dum officio vicarii, Borgia absente, fungeretur.*

... Si sono ancora accettate dal P. Natale, allora vicario, due vniuersità: vna in Milano, l' altra in Lorena con approbatione di nostro Padre, benchè absente, et un' altro collegio nella città di Fulda in Germania, et due case di probatione, una in Arona, terra di Lombardia, l' altra in Bruna, terra della Morauia, appresso alla città di Olomucio, *donec hauemo collegio*. S' è anche accettata una noua casa professa in Milano, la quale ha già hauuto principio, come anche le altre già dette fundationi in fuori dell' vniuersità di Lorena che si comincerà quest' anno del 1573... Il Padre vicario sopradetto, che fu da nostro Padre lasciato in Roma in suo luogo con gl' altri Padri che lo aiutauano, ha supplito la sua presenza *d' esso*, conseruando la beneuolenza *non solamente* delli personaggi principali di questa corte, ma anche del papa Pio quinto, di santa memoria, et di Gregorio XIII, che gli successe nella santa sedia apostolica... ², etc.

LXXVI (bis)

P. JOANNES DE POLANCO

ex commissione

PRAEPOSITIS PROVINCIALIBUS HISPANIAE

Ferrariae, 7 Maji 1572 ³.*Borgia gravi morbo correptus Ferrariae immoratur: Natalem vicarium generalem, etiam provinciarum Hispaniae, confirmat.*

Polancus ex S. Francisci de Borja commissione, die septima Maji, anno 1572, scripsit praepositis provincialibus Hispaniae, referens initia, progressus, et statum aegrotationis ejusdem Borgiae. Deinde haec addidit: Y así ha determinado Su P.^d de esperar en este colegio la voluntad del Señor, y no partirse para Roma hasta verse conualescido. Y porque no permite la enfermedad, que todavía dura, de calentura y fluxo, y la gran flaqueça, que probablemente durará por algún tiempo, que él atienda al

¹ Ex *Cod. 31, Epist. Italiae, 1572, 1573*, n. 24. Quae litteris italicis notantur, Polancus propria manu addidit. Vide epist. 541, n. 1; 543; 547; et append. LXXV.

² Vide epist. 550.

³ Ex *Regesto, Col. 33 b*), fol. 97.

gouierno de la Compañía, según que su oficio requiere, ha confirmado al P. Natal por vicario general suyo, y cometídole exercite su officio en todas las prouincias de nuestra Compañía con la misma autoridad que el prepósito general tiene ¹. Y así V. R. y los de su prouincia harán recurso al dicho Padre vicario en todo lo que ocurriere, y dél esperarán respuesta, y la orden que diere en qualquier cosa, se tome como de N. P. general, hasta tanto que se les dé otro auiso, dándole Dios N. S. salud y fuerças; y esto mismo se escriue á los demás prouinciales. Por charidad se encomiende al Señor su salud de N. P., como conuiene, etc.

LXXVII

P. EVERARDUS MERCURIANUS

PATRI PAULO HOFFAEO

Romae, 15 Aprilis 1574 ².*Litterae commendatitiae pro P. Natali.*

Jesus. M.—Quod multi ex uestra Germania cupiebant, ut P. magister Hieronymus Natalis ad eam ueniret, ipse tandem a me obtinuit, qui tum eius uoluntatis et propensionis, qua semper affectus fuit erga germanos, tum boni, quod ex eius praesentia peruenturum est ad nostros, rationem non potui non habere; is enim, cum hosce aliquod menses elapsos Tybure in collegio illo degeret, fratres illos exemplo atque perpetua hilaritate ualde aedificasset, Germaniae desiderio impulsus, ad uos mittitur. Delegit autem potissimum prouinciam Tuae R.^{ae} atque halensem collegium ³ ubi commoretur, petens a me ut nihil ei muneris aut administrationis (quae sua humilitas est) iniungerem, a qua quidem administratione etsi liber uenit isthuc, erit tamen R.^{ae} T.^{ae} perutilis, ut spero, tum ob consuetudinem, quae illi erit cum nostris, qui eius canitiem et solidas uirtutes admirati, facile in officio continebuntur, tum propter exhortationes, quas, uti T. R. uoluerit, ille habebit ad nostros, qui eo magis accendentur ad cursum nostrae uocationis conficiendum, quod illius uerba permagni ponderis futura sunt, quae non ex ratione administrationis, sed ex simplici tantum charitate proficisci cognoscent. Quae quidem omnia etiam, praeter halense collegium, in

¹ Borgia, in Hispaniam proficiscens, Natalem vicarium generalem Societatis, exceptis provinciis Hispaniae, constituerat. Vide supra, pag. 648, annot. 3.

² Ex Regesto, *Cod.* 33 j), fol. 11 v. In margine: *P. Hoffeo*. P. Paulus Hoffaeus erat praepositus prouinciae Germaniae superioris.

³ Vide epist. 557.

aliis T.^{ae} R.^{ae} collegiis, cum ipsi commodum fuerit, non dubito quin libenter sit praestiturus, eaque T.^a R.^a illi, cum opportunum aut necessarium iudicauerit, proponet; tuaque omnia collegia, ubicumque ei placuerit commorari, cupio ut pateant, atque adeo a T.^a R.^a, tanquam mihi ipsi, offerantur. Optimum enim senem, et nostrarum rerum peritissimum, redire ad uos, ut bono omni uestro esse duco, ita non dubito quin ex eiusdem diuinae prouidentiae dispositione proueniat; quia, mirabili huius apostolicae sedis beneficio erga Germaniam, summum pontificem ad germanos iuuandos induxit ¹.

Quod uero ad illius studia pertinet, cum ipsa ad fidei uel restitutionem, uel propagationem animo iam dudum conuerterit ², si quid ipse iudicauerit scribendum, ac quod denique edatur in lucem, tria cupio obseruari: Primum, ut de re tota cum aliquibus prius agatur, scilicet cum T.^a R.^a, P. Canisio, P. Pisano, ac, si uidebitur, P. Peltano uel P. Torrensi, qui in ista prouincia est, qui ubi dispexerint quid iuxta nostri instituti rationem publico possit commodo conuenire, tum ad me uestrae sententiae mitantur, quibus, Deo dante, quamprimum respondebo. Nam ad Societatis etiam dignitatem non parum pertinet, ut quae proditura sunt in lucem, ea meditatissime primum et mature consulantur, ut perpetua tandem futura sint. Alterum est, ut quicquid hac de re agendum est, plane secreto fiat, ut ne quando contingat, quod alias accidit, ut concepta spe uidendi eiusmodi libros mundus denique frustretur, quod quidem plures ob causas potest euenire. Tertium est, ut cum nos primam rationem habere debeamus eorum, quibus ex obligatione collegiorum fundatoribus debemus, haec specie alieni aut publici boni ne inturbentur aut omittantur. Ita spero omnia suauiter euentura, quae si ita contigerint, non erit leue argumentum diuinae uoluntatis hanc dispositionem fuisse, quae etiam operi isti manum suam porriget, ut in sui nominis gloriam perficiatur. Porro ad haec praestanda, si quo scriba uel adiutore egebit hic Pater, scio T. R.^{am} (quod quidem mihi erit pergratum) non defuturum, quemadmodum etiam aliis in omnibus, quae ad illius senectutis solatium, et ad animandum bonum hunc Patrem pertinebunt, reuera percipio ut a nostris omnibus hoc ipsum curetur. Quod ad eius uiaticum attinet, nihil oneris uestrae prouinciae impositum est, aliunde enim Dominus prouidit. Sed quod ad aliorum fratrum, qui isthuc uenere expensas spectat, secretarius ad uos meo nomine scribet, et illa pecunia, que idcirco accepta est a mercatoribus, quamprimum a uobis curanda erit, ut fides seruetur ³... Romae, 15 die Aprilis, 1574.

¹ Vide epist. 369; 384; 386; 397; 399; etc.

² Vide epist. 513; 518, n. 5; et 554.

³ Sequuntur alia de negotiis ad Natalem non spectantibus.

LXXVIII

P. ANTONIUS POSSEVINUS

PATRI ANTONIO MICHAËLI

Romae, 11 Maji 1574 ¹.*Litterae commendatitiae pro P. Natali.*

Si R. Pater provincialis erit isthic, T. R. ex litteris ad eum a P. N. generali datis facile intelliget quanto omnium uestrum bono ueniat ad uos R. P. Mr. Hieronymus Natalis, quibusue in rebus, aut ille uobis commodo esse poterit, aut uos illius senectutem et optimum Patrem iuuare debebitis. Quod ut fiat, erit pergratum R. P. N. generali. Nisi uero isthic [sit] Pater provincialis, poterit T. R. litteras, quae ad eum scribuntur resignare, quas lectas obsignabit, et ad Patrem provincialem mittet. Et quod in illis scribitur de P. M. Hieronymi Natalis scriptionibus, etc. seruabit T. R. illud ipsum silentium, aut secretum, quod scribitur. Romae, di[e] 11 Maji 1574.

LXXIX

P. EVERARDUS MERCURIANUS

PROVINCIALIBUS ET RECTORIBUS

Romae, 12 Maji 1574 ².*Litterae patentes, pro P. Natali.*

Provincialibus et rectoribus etc. Cum eorum, qui recte ac fideliter in uinea Domini laborarunt, praecipuam rationem habere debeamus, potissimum uero R. Patris magistri Hieronimi Natalis, qui de Societate optime semper est meritus propter uitam, doctrinam, atque assiduos ipsius in ea labores, propterea uolumus ut quocumque in collegio nostro manere uoluerit, hunc omni ea charitate excipiatis, ac reuerenti animo tractetis, quo erga tam insignem et perantiquum, eundemque nobis carissimum fratrem, uti unusquisque debet. In quorum fidem etc. Romae, 12 die Maij 1574.

¹ Ex Regesto, *Cod. 33 j*), fol. 12. In margine: *Patri Antonio Michaeli*. P. Antonius Possevinus erat Patri Everardo Mercuriano a secretis. Vide epistolam praecedentem.

² Ex codice, cui titulus *Liber patentium pro missionibus et aliis. L. I. 1573 annis ante 1600*, pag. 10, n. 39. In hoc monumento variae emendationes, vel potius mutationes, inductae conspiciuntur, ut eadem formula Patri Ribadeneirae aptaretur.

LXXX

P. EVERARDUS MERCURIANUS

PROVINCIALIBUS ET RECTORIBUS

Romae, 13 Maji 1574 ¹.*Litterae patentes, pro P. Natali.*

Jesus. † M.—Cum R. Pater magister Hieronymus Natalis in Germaniam a nobis mittatur, cupimus, ut si, aliquo in collegio aut domo nostrorum, opus habuerit fratre aut Patre, qui dux eius sit in itinere per aliquod itineris spatium, eum illi detis ceteraque omnia charitatis officia erga illum praestetis, quae ipsius virtus, merita, et charitas instituti nostri, cum meo desiderio, requirunt. Hoc mihi erit gratissimum. Romae, 13 die Maij 1574.

LXXXI

P. EVERARDUS MERCURIANUS

PATRI PAULO HOFFAEO

Romae, 15 Maji 1574 ².*Litterae commendatitiae, pro P. Natali.*

Reverendus Pater Hieronymus Natalis, quemadmodum cupiebatis, uenit in prouinciam R.^{ae} Tuae, quam potissimum delegit, ut aliquandiu, siue aliquot annos, Deo dante, apud uos uiuat. Ipse bonus senex, ut semper propensus fuit erga germanos, halense collegium nostrum ³ optauit esse domicilium suum, ex quo tamen poterit ad proxima collegia excurrere, cum uoluerit. Merita et uirtus tam boni Patris satis, sine litteris, unicuique uestrum debet esse commendata. Ac propterea eum T. R.^{ae} non duco esse necessarium ut commendem, nisi quod mihi erit quam gratissimum in Domino, ut intelligat ex nostrorum erga illum reuerentia et charitate quantopere illum anem, ac uero amare debeant nostri. Reliqua, quae ad illius uiaticum pertinent, aliis litteris ad T. R.^{am} perscribuntur. Si R.^{us} hic Pater cupiat etiam ad alia collegia excurrere, et ibi manere, curet T. R.^{us} ut excipiat perbenigne, et ab aliquo Patre uel fratre in suis studiis adiuuetur; quod quidem Halae erit peropportunum, uobisque cedit in non exiguum bonum, etc. Romae, 15 Maji 1574.

¹ Ex apographo coaevo, in codice varia continente. In margine: *Provincialibus et rectoribus in Italia et Germania pro P. Natali.*

² Ex Regesto, *Cod. 33 j*), fol. 11.

³ Vide epist. 557, cum annotationibus.

LXXXII

P. EVERARDUS MERCURIANUS

JULIO ECHTER

episcopo herbipolensi

Romae, 25 Maji 1574 ¹.*Commendat P. Natalem.*

Nisi cognosceremus omnes, qui e Societate nostra sunt, Celsitudinis V.^{ae} Serenissimae pietatem ac singularia et plenissima benignitatis erga Societatem nostram merita; faciendum mihi putarem, uel deuotum omnium nostrum V.^{ae} Celsitudini Serenissimae inseruendi desiderium his litteris ipsi significarem, aut R. Patrem magistrum Hyeronimum Natalem, qui isthuc in Germaniam uenit, et aliquandiu Halae commoraturus est, diligenter commendarem. Verum cum ille, praeter haec omnia, obsequii erga ipsam nostri erit testis, hoc mihi satis erit dicere, bonum hunc Patrem, atque de Societate nostra optime meritum, Germaniae semper amore ualde fuisse affectum; quae illum res ac sanctae religionis zelus adhuc impulit, ut hos suae senectutis aliquot annos isthic impendat, fideique restitutionem et pietatis propagationem, quibus poterit rationibus, iuuet. Hoc Celsitudini V.^{ae} Ser.^{mae} non dubito quin sit futurum gratissimum, cui, post humillimam in Domino salutationem, cupio a diuina bonitate omnia bona diuturnaue ad sui sancti nominis gloriam uitam concedi. Romae, 25 Maji 1574.

LXXXIII

B. PETRUS CANISIUS

PATRI EVERARDO MERCURIANO

Oeniponte, 19 Iulii 1574 ².*P. Natalis adventu in Germaniam laetatur.*

Tanto gratior nobis et toti provinciae contigit P. Natalis adventus, quo ille fuit inexpectator. Utcumque habet hactenus, Dei gratia, quem ego tamen optarim reginae commendatiorem esse. Imbecillitas haec germanorum est, ut suos et germanos magis quam exteros et hispanos ament atque complectantur. Deest aliquid bono Patri ad eas commoditates, quas in tractandis studiis, suisque scriptis absolvendis, desiderare videtur. Sed post mensem

¹ Ex Regesto, *Cod. 33 j*), fol. II.

² Ex autographo, in *Epist. Canisii*, II, 274.

veniet, spero, Pater provincialis, ac fortasse illius desiderio faciet satis, ut et scriptorem et studiorum socium optatum secum habeat. Eventus docebit an frigora germanica illius valetudinem laedant.

LXXXIV

B. PETRUS CANISIUS

PATRI EVERARDO MERCURIANO

Oeniponte, 1 Septembris 1574 ¹.*De collegio scriptorum in Germania instituendo.*

† Pax Christi nobis aeterna. Admodum R.^{de} Pater. Iussus meam scribere sententiam de quibusdam scriptoribus in hac prouintia constituendis, rem paucis expediam, de qua caeteri satis multa dixisse uidentur. Primum uehementer optarim, ac multis iam annis opto, hoc pium, sanctum, praeclarum, et hoc quidem tempore tantum non necessarium, nostrisque hominibus dignum institutum zelo et prudentia superiorum promoueri. Nec adeo me commouent uariae, quae hic se offerunt difficultates, et si sententiam multorum animos ab hoc instituto propterea utcunque alienos esse. Scio quales et quantas occupationes pariat status istorum collegiorum, in quibus nostri theologi minime otiosi esse possunt. Sed P. prouintialis fortasse illos, qui ad scribendum idonei maxime uiderentur, paulatim ordinarijs laboribus eximere queat, ut eo commodius ad hoc sanctum opus accingant sese. Doctor Hieronymus Torrensis omnino dignus mihi uidetur, cui prae caeteris fiat gratia, ut in hac aetate et corporis imbecillitate Ingolstadii sacra profiteri desinat, et ad solam scriptionem sese componat. Plures duobus aut tribus in hac prouincia theologos non uideo, qui cum fructu scribere possint: hos a P. prouintiale designandos, et loco magis opportuno collocandos putarem. Argumentum scribendi eligant, qui sunt designandi, ut aliquam animi propensionem adferant, simulque tempori seruiant, re cum eodem prouintiale eiusque consiliariis, si uidetur, collata. Idem facile curabit, ut secreto laborent designati, et cum aliis in eadem prouintia conferant, quum sic res postulauerit.

Existimabat P. Natalis velut collegium fore scriptorum ejusmodi, qui, uno in loco commorantes, mutuas sibi praestarent operas, et suum interim praefectum haberent. Verum haud uideo unde illi colligi et conjungi possint, ubi tanta est necessitas col-

¹ Ex autographo, in *Epist. Canisii*, II, 278. Vide *Epist. Natal.*, II, 195, 363, 636, etc. Hoc epistolae fragmentum edidit P. Michel sermone gallico in opere cui titulus: *Vie du bienheureux Pierre Canisius*, lib. V, cap. 5.

legiorum. Igitur a tenuioribus principiis rem ordiendam puto, et progressus ipse negotii admonebit, quo pacto paulatim ad perfectiora liceat pervenire. Sunt, qui ob tarditatem calcaribus egeant, nonnulli plus voluntatis quam facultatis adferunt, tum alii alia dessunt huc spectantia, ut inventio, elocutio, dispositio linguae etc. Verum non diffiderem Patrem provincialem a P. T. excitatum rationes commodas invenire posse, quibus pauci, ut dixi, ea conscriberent, quae cum laude in publicum evulgarentur. Qua in re si et quantum P. Natali sit deferendum, P. T. judicandum ego relinquam. Certe illius iudicium magnifacio, sed consultius fore duco, ut ex autoritate Patris provincialis nostri res tota pendeat, qui per se suosque consiliarios et deputatos in hac provincia censores librorum facile iudicabit, quibus modis res inchoari et provehi commodius queat ad ecclesiae utilitatem.

LXXXV

P. EVERARDUS MERCURIANUS

PATRI MATHIAE LACKNER

Romae, 17 Octobris 1574 ¹.*De libris Patri Natali procurandis.*

Jesus. † M.—Quantopere omnes debemus Patri magistro Hieronymo Natali, credo tuam R. optime scire; quantum uero ego cupiam ut bono seni omnibus in rebus quaecumque charitatis officia exhibeantur, potuisti ex meis litteris, cum ille ad uos uenit, intelligere. Quod Tuam R. effecisse iam cognoui, et laetatus sum magnopere in Domino. Sed cum egeat aliquo numero librorum, in quibus cum fructu possit terere tempus, cupio ut Tua R. et tuo et meo nomine alicui bibliopolae spondeas et uas sis pecuniam nos ad summam centum aureorum pro tot libris, quos emet, nos post biennium eidem bibliopolae curaturos. Hoc meo nomine R. P. Hieronymo Natali significabis, et bonum senem, ut soles, fouebis. Ac me orationibus et sanctis sacrificiis R.^{ae} T.^{ae} commendo. Romae, xvij Octobris 1574.

¹ Ex Regesto, *Cod. 33 j*), fol. 17 v. In margine: *Padre rettor di Hala*. Vide epist. 560, n. 2; et 562, n. 2.

LXXXVI

P. EVERARDUS MERCURIANUS

PATRI PAULO HOFFAEO

Romae, 18 Octobris 1574¹.

*De glossa Patris Sa in evangelia: quaedam officia charitatis erga
P. Natalem Hoffaero commendat.*

... Quod ad uaticum P. Natalis attinet, erit mihi pergratum, ut ipse intelligat Tuae R.^{ae} hinc esse satisfactum. Quod ut fiat curabitur, praesertim qua ex parte poterimus. Sed expedit ut omnino intelligat bonus senex nihil per illum ad uestram prouinciam accessisse incommodi, cum alioquin qui tamdiu suam operam Societati fideliter praestitit et diligenter, de omnibus ac praesertim de uestra Germania sit optime meritus.

P. Emmanuel Saa scripsit glossam quamdam in euangelium satis erudite, quae item his theologis probabatur. Deerat unum, quod ego amplius ad illam adiiciendum^a cupiebam plane, ut locorum interpretationes, quas ipse ex Patribus antiquis selegit, ad origines, siue ad ipsorum Patrum loca reuocarentur, quod fortasse postea fecit. Scribo P. Natali, ut librum curet isthuc mitti, qui cum allatus fuerit, operam Tua R.^a dabit ut isti theologi iudicent an praelo tradendus sit.

Scribo item rectori halensi contentum esse me ut ipse pro Patre Natali spondeat alicui bibliopolae, a quo centum aureorum summa possit idem P. Natalis libros ad sua studia coemere. Interim ille bonus Pater curabit, quemadmodum ad me scribit, ut pecunia illa soluatur anni bienniae spatio. In hac re T. R. solita charitatis officia praestabit, recordatus id ipsum, quod dixi (quodque credo sane te recordari) tam insignem et prouectum Societatis Patrem omni opera esse iuuandum, ut, cum alii hoc exemplo ad exequenda nostra ministeria sedulo excitentur, gratitudini simul suus sit locus. Ego cum his Patribus R. T. orationibus et sanctissimis sacrificiis etiam atque etiam me commendo. Romae, xvij Octobris 1574.

^a Regest., *adiiciendam*.

¹ Ex Regesto, *Cod. 33 j*), ff. 16, 17. Vide epist. 562, 563, et 564.

LXXXVII

P. EVERARDUS MERCURIANUS

PATRI PAULO HOFFAEO

Romae, 25 Octobris 1574 ¹.*Natalem denuo commendat: ejus senectuti aliquid indulgendum censet.*

... In primis cupio bonum Patrem Natalem solita benevolentia atque obseruantia isthic tractari. Ceterum si quid habeat T. R. quod significet, uel aliquam noueris opportunam occasionem melius eius valetudini prospiciendi, gratissimum feceris, si diligenter ad me deferas. Ego quidem arbitror non parum consolationis ex visitatione collegiorum istius prouinciae accepturum, atque fratribus nostris suae virtutis ac pietatis exemplum non uulgare relaturum. Omnes uero fratres nostros, pro sua in uenerandam illam canitiem obseruantia, aequi bonique consulturos siquid interdum paulo liberius ab ipso fieri perspexerint. T.^m R.^m iterum atque iterum postulo bonum senem, quibus poterit, studiis officisque prosequi non fatigetur, prospectans in eam mercedem, quae te in coelis expectat magna nimis.

¹ Ex Regesto, *Cod. 33 j*), fol. 34. In margine: *P. Hoffeo*.

SUPPLEMENTUM
TRIUM VOLUMINUM
EPISTOLARUM NATALIS



SUPPLEMENTUM

■

P. JOANNES DE POLANCO
ex commissione S. Ignatii
PATRI ANTONIO DE ARAOZ

ROMAE, 14 AUGUSTI 1553 ¹.

*Quo nomine, qua auctoritate, Natalis in Hispaniam et Lusitaniam
mittatur.*

Del visitador ya para este tiempo creo yo se abrá visto con V. R. El no lleua tal nombre, sino de comissario, porque abrá de entender en esos reynos y en el de Portugal en algunas cosas que requieren la mesma authoridad que nuestro Padre tiene, como es en lo que toca á las constituciones y reglas; y también ayudará en lo de las scuelas y en todo lo demás que se ofreciere. Así que no lleuará color de reformar, avnque hará todo lo que pudiere en ayuda vniuersal y particular de todos los de allá, como persona que para ello tiene zelo y talento, y de quien tiene nuestro Padre toda confianza.

●

GUNDISALVUS VAZ
SANCTO IGNATIO DE LOYOLA

ULYSSIPONE, 27 JANUARIJ 1554 ².

Informationes de P. Natali.

Jesus. Pax X.¹ O Padre Mestre Mirã ³, noso prouintial, me

¹ Ex Regesto, *Cod. 19*, vol. I, fol. 8. Vide *Epist. Natal.*, I, 143 et seqq.

² Ex autographo, in *Cod. 44*, unico fol. 187, (506). Hujus codicis descriptionem habes in *Epist. Mixtae*. III, 716. Ubi haec epistola data sit, ex ipsa non constat. Scimus tamen aliunde P. Gundisalvum Vaz Ulyssipone hoc tempore degisse. Vide *Epist. Natal.*, I, 195.

³ P. Didacus Miron, cujus frequens mentio in nostris voluminibus facta est.

mandou que screuesse a V. P. o que do P. Hieronimo Nadal me paretia. Ainda que a obediencia de screuer a V. P. me fosse a mim suauissima, o screuer do P. Hieronimo Nadal me metió em alguma confussã, por nã saber e nã poder screuer o que dele sinto, ni que fez noso Senhor por elle e acabou em breuissimo tempo cousas que outros, muito grandes amigos de Deos ^a, nã ousã a comecar, e posnos a todos em um sosego e uerdadeiro spiritu da Companhia, em o qual agora todos nos temos por nascidos. Ordenou as cousas da Companhia, deuidindo todos os estados della, commo creio que V. P. por outra uia sera largamente enformado, de tal maneira, que a todos nosoutros espantaua ¹. E a o menos de mim lhe sei dizer que em suas cousas ficuaua con um concepto de lhe ter noso Senhor communicado, alem da prudentia e saber natural, muitas mais uirtudes, das que eu delle podia imaginat ^b. Isto he o que do P. Hieronimo Nadal me parece; e tambem me parece, segundo o que noso Senhor por elle nesta tera fazia, que muito mais faria, se V. P. lhe mandasse que por algum tempo nela residisse. Nã mais. Noso Senhor nos de a todos sentir sua uontade e comprila. Amẽ. A 27 de Janeiro 1554. Indigno desta Companhia,

†

GONÇALO VAAZ.

Inscriptio a tergo: † Pera o noso em X.º Padre, o P. Mestre Ignatio, preposito geral da Companhia de Jesus. 2.ª *Alia manu:* 1554. P. G.º Paez ^c, sed uidetur ex Portug. *Deest sigillum, sed obsignatam fuisse epistolam remanentia foramina ostendunt.*



B. IGNATIUS DE ACEVEDO

SANCTO IGNATIO DE LOYOLA

ULYSSIPONE, 13 FEBRUARII 1554 ².

Laudat Natalis virtutes et opera.

Ihs. Mui Rdo. Padre. La suma gratia de Dios N. S. more siempre en nuestras almas. Amén. La obediencia me manda que scriua á V. P. lo que siento del P. M.º Iherónimo Nadal. V. P. lo tiene tan bien conocido, que yo no sé lo que pueda dizir, principalmente no teniendo la lunbre que fuera menester para más

^a Aut., de dedeos.—^b Sic, pro *imaginar.*—^c Sic, pro *Vaaz* vel *Vaz.*

¹ Vide *Epist. Natal.*, I, 193 et seqq.

² Ex autographo, in codice, cui titulus: *Epist. viror. venerab. e Soc. Jesu*, unico fol. Hac epistola usus est SACCHINUS, in *Hist. Soc. J.*, part. IV, lib. VIII, n. 25. Vide *Epist. Natal.*, I, x-xii.

le conoscer y mejor me aprouechar dél. Paréceme, Padre, que tiene tan intrínseco en el alma el instituto de la Compañía, y nel negociar y ordenar las cosas tan expedito y tan claro en todo, con tanta prudentia y simplicidad, y todas las demás uirtudes, que bien parece ser escogido de N. S. para este efecto á que V. P. lo a enbiado. A N. S. por él obrado muchas cosas en mui breue tiempo. Los Padres y hermanos se an en mui gran manera edificados dél. A trabajado mucho, y dexado mui gran exemplo á todos nosotros. Otra cosa de más no sé dél. Por aora no otro, sino que pido á V. P. nos encomiende á N. S. en sus sanctos sacrificios. De Lisboa, á 13 de Febrero 1554. Inútil sieruo y indigno hijo de V. P.,

DON IGNACIO.

Inscriptio a tergo: Al mui Rdo. en X.º Padre el P. M.º Ignacio, prepósito general de la Compañía de Ihu. En Roma. 2.^a

¶

GUNDISALVUS DE SILVEIRA
SANCTO IGNATIO DE LOYOLA

ULYSSIPONE, 13 FEBRUARII 1554¹.

Natalis virtutes et perfectionem laudibus extollit.

† Mvy Rdo. en X.º Padre. Gratia, pax et charitas Dei sit nobiscum. Amen. La primera vía si llega primero escusará la repetición desta 2.^a: y si esta sin ella y sin otra allá pareçiere, no piense V. R. sentir yo nj dizir cosa diferente en alguna parte, porque no sé dizir más que vno del vníssimo Padre nuestro en X.º Jerónimo Nadal, que no sé cómo le declarar sino por aquel don diujnísimo de la constantia y vniformidad de nuestro Dios, según que Su Majestad es tan vn mismo en bondad, y exçelentíssima perfección. Así imagino, antes veo á mi Padre dulcíssimo M.^{re} Jerónimo Nadal vno mismo, y como inmoble en santa grauedad, en sabia charidad, en prudente agilidad, en limpíssima benignidad, en humílita libertad, en deuotíssima y prouidentíssima longanimidad, en herojca y lhana sanctidad, *vere discipulus eius, qui inter homines visus est, et cum hominibus conversatus est*², *inuisibilis alioqui et luccm inaccessibilem habitans*³. Si V. P. nos quiere regalar continuando los exquisitos regalos que siempre nos quiere y suele hazer y embiar, háganos boluer al P. Jerónimo Nadal, que tanta prissa se a dado para huyr á los votos que acá tiene para prouinçial per-

¹ Ex autographo, in *Cod. 44*, unico fol., 171 (477). Hac epistola usus est SACCHINUS, loc. cit., part. IV, lib. VIII, n. 25. Vide *Epist. Natal.*, I, x-xii.

² BARUCH, III, 38.

³ I TIM., VI, 16.

petuo: mas en todo no desseo, ni pido, ni alabo sino la voluntad serenissima de V. P., á quien todos sus hijos deseamos acertar y enchir, para que la diujna cumplamos y sintamos cumplida. Amén. De San Roque, 13 de Hebrero de 1554, en Lisbona. Esclauo hijo de V. P. en X.º,

†
DON GONZALO.

Inscriptio: † Al Rmo. en Jesu X.º Padre nuestro M.^{tre} Ignatio, prepósito general de la mínima Compañía de Jhus.

5

P. MICHAËL DE BAYRROS
SANCTO IGNATIO DE LOYOLA

EBORAE, 15 MARTII 1554 ¹.

Affabilem Natalis conversationem laudat.

Ihs. Muy Rdo. en Christo Padre. La paz y gratia del Spiritu sancto sea sempre en nuestras ánjmas. Amem. En esta breue trabajaré cumplir lo que me es mandado que escriujsse del P. Mtro. Hierónymo Nadal. Lo que me parece de Su Reuerençia es ser de buena conversación, affábil y famjliar, con los hermanos digo, porque con los de fuera no see, por no lo aver vysto en ella. Pero lo que el Señor haa obrado acá por él, se puede colligir qué tal sea: y á vn hermano oy dizir delante otros que el P. Hierónymo Nadal tenja don de Dios para concludjr negocios. Esto dizia con ocasión de las buenas nueuas que del collegio de Córdoua nos vinjeron, porque con la llegada del Padre allá, en breue todo se acabó. Los deste collegio estamos aedificados dél, y consolados en el Señor, quando aquy lo tenjamos; y nos admjráuamos de veerle tam diligente en todo, y con tanta quietación y humjldad. Los hermanos le notauan, con alegría que en el Señor con esso recibían, la llana simpliçidad que Su Reuerençia en todo tenja. Paréçeme que con lo sobredicho cumplo con lo que me es mandado, por yo açerca desto no tener más que dizir, sino que en las oraciones y santos sacrificios de V. P. nos encomendamos como sus hijos en el Señor. Deste collegio de Jesvs de Euora, oy 15 de Martio de 1554. De V. P. hijo jn Domino,

MIGUEL DE BAYRROS.

Inscriptio: IHS. Al muy Rdo. en Christo Padre el P. Mtro. Ignatjo, prepósito general de la Compañía de Jesvs, en Roma.

¹ Ex autographo, in *Cod. 44*, unico fol., 176 (483).

6

ELISABETH DE BRIGANTIA
PATRI HIERONYMO NADALULYSSIPONE, 6 MAJI 1554¹.*Fratrem suum Theutonium Natali commendat.*

Ihus. Muito Rdo. Padre comisairo. Meu irmaho dom Theotónio² uos uai buscar, como pai e remedio de sua consolação, e para praticar com uosco cousas que tocão a sua alma e a sua uida. Por amor de nosso Senhor uos peço, que em tudo o que puderdes consolalo o façaes, lembrandouos quantos somos os a que fazeis esta charidade, e a mim principalmente a fazeis em estremo: porque quero tamanho bem a este irmão, que sinto seus trabalhos dobrados do que os elle sente. Elle he tão uirtuoso, e tem tantas partes, para ter certo de vos fazerdes todo o possiuel polo consolar, que se não fora cumprir comigo, bem pudera escusar de volo escreuer encomendandovolo, porque por sem duuida tenho vsardes con elle de todos os cumprimentos e amor con que se deuem tratar as pessoas de tanta qualidade: e tambem vai tão doente, que ainda agora estaua mais para o curarem nũa emfermaria, que para o trabalho deste caminho. Rogouos muito, Padre, que o que assentardes com meu irmão, e todas as charidades que por amor de mi lhe fezerdes, me screuais, para vos eu ficar toda minha vida en obrigação, para tambem fazer qualquer cousa que vos nesta terra comprir muito inteiramente. Eu fico in cama muito mal desposta, e por isso vos não screuo esta carta de minha mão, nem vos posso dizer muytas cousas outras que quisera. Nosso Senhor vossa muito Rda. pessoa tenha en sua especial guarda. De Lixboa, á vj de Mayo de 1554.

IFFANTA DONA ISABEL.

A tergo, manu Patris Polanco: 1554. Copia de vna letra del duque y de otra de la infanta doña Isabel.

¹ Ex apographo coaevo, in *Cod. 44*, unico fol., 207 (564). Ad hanc epistolam melius intelligendam cf. *Epist. Natal.*, I, 148, 157, 205-211, 259, etc.; *Epist. Mixtae*, IV, 17-23, 101, 102, etc.; et POLANCO, *Chron.*, II, III, et VI, saepius.

² Theutonium de Bragança erat filius Jacobi, ducis IV, et illius secundae uxoris Joannae de Mendoza. Elisabeth autem de Bragança, quae hanc epistolam scripsit, erat filia ejusdem Jacobi IV, et prioris uxoris Eleonorae de Mendoza. Nupsit Eduardo, duci de Guimarães.

P. MICHAËL DE TORRES
PATRI HIERONYMO NADAL

CORDUBAE, 16 MAJI 1554 ¹.

1. *Itineris sui et adventus in collegium cordubense narrationem incipit: pauca de collegio Abulae refert.*—2. *Toletanum archiepiscopum congre-
ditur.*—3. *Almagrum venit: difficultates in collegii postulati ad-
missione exponit.*—4. *Visum et Ubedam attingit, varia ibi negotia
gerens.*—5. *Patrem Gonzalez Granatam mittit.*—6-9. *Rerum et per-
sonarum collegii cordubensis rationem reddit.*

1. Ihus. Muy Rdo. Padre en Xpo. Pax X.ⁱ etc. El Espíritu Sancto sea con todos, y venga con la perfección de sus dones á nuestras almas, para entender en el cargo que nos a puesto en la administración desta su benedicta prouincia ², pues tuuo por bien de encaminar nuestra jornada de tal manera, que ayer noche, vispera suya ³, llegásemos aquí y con salud corporal. En Áuila traté con el P. Hernán Áluares ⁴ sobre cosas que creo avía comunicado con V. R. en lo del thesoro y en lo del vender los censos. Doy gracias á nuestro Señor que, según lo que él me dixo, mi respuesta en lo que tratamos se conformó con la que V. R. le avía dado, sin lo auer sabido antes. Mucho me desplugo en ver que se avía adeudado en tantos ducados por hazer vnos tabuquitos, ytem specialmente teniendo tan poco fundamento para poder lleuar la obra adelante. Creo conuendría hazer alguna prouisión en esto para adelante, y avn quisiera verle algo más desasido de la mesma obra y tierra que se me antojó estaua.

2. En Toledo hablé con el arçobispo ⁵. Mostróme muy grande amor y beneuolencia, avn mucha más cortesía de la que otras vezes me a mostrado. Supliquéle que aquel amor [que] ^a él dezía

^a Omiss. in aut.

¹ Ex archetypo, in *Cod. 44*, duplici fol., 204 (644, 645). Hujus codicis descriptionem vide in *Epist. Mixtae*, III, 716. Hac epistola usus est POLANCO, *Chron.*, IV, 462 et seqq.

² Provinciae baeticae P. Torres recenter praepositus fuerat. Vide *Epist. Natal.*, I, 248.

³ Die sc. 12 Maji, nam festum Pentecostes anno 1554 in diem 13 Maji incidit. Ex his et ex clausula epistolae patet hanc die 13 inceptam et die 16 datam fuisse.

⁴ P. Ferdinandus Alvarez del Aguila. Cf. POLANCO, *Chron.*, III, 366; IV, 398, 489; et V, 442, etc.

⁵ Joannes Siliceus (Martinez Guijarro).

me tenía á mí, que lo estendiese á toda la Compañía. Respondióme con sus gracias, que á todos los que sean de mi calidad, que él les terná la mesma voluntad y hará, etc. Ay en aquella cibdad al paresçer muy grande miés, así en lo eclesiástico como en lo secular. El Señor enbíe los operarios quando fuere seruido. Concluy con el licenciado Esquiuel que me a de venir á buscar á principio de Agosto, y se estará por acá por todo el mes de Setiembre, ó para más, si así Dios lo ordenare.

3. En Cibdad-Real nos diuidimos de Diego de Coria ¹, que avía llegado vna noche antes que nos partiésemos á Toledo, y vinimos en compañía hasta allí. Y porque él yua á cobrar su hacienda de su hermano, y no se pudiese dezir que en nombre de la Compañía lo hazía, ni como resçebido de ella, yo le descubrí el sueño y la soltura, desafuciándolo de ella por buenos medios, y de que él quedó contento, porque con verdad pueda tratar con tod@s la realidad del negocio; y hize que desde allí fuesen con él el P. Gonçales ² y el hermano Gaspar ³ hasta Admodouar, y desde allí el hermano Juan y el hermano Diego Lopes ⁴ y Gaspar se fuesen camino derecho con el mesmo Diego de Coria á Córdoua, de tal manera, que Diego de Coria no posase en la Compañía, sino fuese su camino derecho; y llegaron ellos vna noche antes que yo; y el P. Gonçales avía de yr al Uiso ⁵ á esperarnos, de buelta de Almagro. En Almagro traté con el P. Villareal ⁶, y él pensaua que yuamos ya á dar principio en aquella obra, que no se contentan con quien quiera. Yo llegué muy çiego [á] ^a aquel pueblo, como lo suelo hazer en todas las cosas que hago, por yr sin saber lo que avía de hazer en él; porque, según yo tenía entendido en parte del P. Bustamante, y avn creo del P. Francisco ⁷, no hazían instancia en que se enbiase gente por agora. Y así, como yo ví el sentimiento que hazían en que no yua, estándola esperando con grande deseo, yo no supe qué tratar con ellos, sino dezille ⁸ que el P. Francisco daría orden en ello, que yo no tenía disposición para poderlo hazer. Y

^a Omiss. in aut.

¹ Didacus de Coria, cujus patria Utrera fuit, biennio tantum in Societate vixit. Vide POLANCO, *Chron.*, VI, 665.

² P. Gundisalvus Gonzalez. Vide POLANCO, *Chron.*, IV, 465, annot. I.

³ Gaspar de Dueñas, qui Salmantica Cordubam missus fuit. POLANCO, loc. cit., IV, 374.

⁴ Joannes Gutierrez, et Didacus Lopez. POLANCO, loc. cit., IV, 465, annot. I.

⁵ *El Viso*, oppidum provinciae Cordubae.

⁶ Sacerdos quidam, de quo nihil aliud scimus, quam haec, a Polanco, in suo *Chronico*, transumpta. Vide loc. cit., pag. 462.

⁷ S. Franciscus de Borja.

⁸ Sacerdoti sc. supra laudato.

en lo de la obligación, dize que todas las vezes que queramos que se haga, lo hará, y que no ay dificultá por su parte ninguna. Yo no quise instar en lo ^a que la hiziesen, lo vno porque no pueden tener acción, y con razón, á que se cumpla primero con ellos que con otros, con quien más nos conuenga concluir; y lo 2.^o, porque es menester saber lo que an de hazer allí; porque ellos esperan obreros para predicar y confesar, etc., y sesenta y dos mill marauedis ^b, de á doze mill el millar, aora de presente, y quizá después de la vida de vna moça, que puede biuir naturalmente 40 ó 50 años. Es necesario ver cómo se deua entrar en este negocio, ó á lo menos que no nos atemos; pues ellos están con buena voluntad. También a de aduertir V. R. vna cosa: que esta tierra es del arçobispado de Toledo, y el arçobispo a dado á entender bien á la clara, que quiere que entren por su mano la Compañía en su arçobispado, y que en aquella tierra ay muchos viscaynos y no viscaynos; y así, algunos que siguen la opinión del estatuto, y otros no ¹. Y por eso, ya que la Compañía aya de yr allá, ay necessidad de que los que vayan sean al gusto del arçobispo, sigúm que yo entendí de lo poco que yo traté. Predicó allí el P. Ávila ² el día de la aparición de Sant Miguel á la tarde. Vi allí la casa donde se enseña á leer, que es la que se nos a de dar, y es muy poca cosa para lo que se pretende hazer allí, pero tiene pegado con la mesma casa vn suelo, que es de dos hanegas de sembradura, y vna capilla, y vna cozina, que era del maestro de Calatraua, y vnos arcos delante esta capilla y cozina y suelo, donde se podría hazer bastante edificio. Y como todo esto es de la orden ³, con dezir vna palabra al príncipe, ó á la princesa en su ausencia, creo yo avría muy poca dificultad en lo aver, y sería muy á propósito de la obra, por estar en lo mejor del pueblo al paresçer, y tener por plaça la mesma que era del mestre. Y avn creo cierto que, sigúm la afición que a mostrado el príncipe y la princesa, no sería dificultoso auer de ellos las mesmas casas que eran del mestre, que sería vna cosa muy notable.

4. Fuymos de ay al Viso, donde hallamos al P. Gonçales, y de ay á Ubeda, en que rodeamos quinze leguas para yr á Córdoba. Hablé allí con el licenciado Bartolomé Áluares y don Christóual, y hallé que ya avía cumplido el don Christóual con lo que deuia á don Diego y al doctor Loarte ⁴ de lo pasado, dando

^a Sic aut., sed haec particula redundare videtur.—^b Aut., *mrs.*

¹ Haec declarata habes in Polanci *Chronico*, IV, 463.

² P. Alphonsus de Avila, vel Davila, qui postea nomen Alphonsi in Basilii mutavit.

³ Vide POLANCO, *Chron.*, IV, 462, 463.

⁴ Didacus de Guzman et Gaspar de Loarte, quorum saepe in his MONUMENTIS meminimus.

al hermano Ávila quasi tres mill reales, y avía pocos días que se avía partido con ellos. Quedó también deuiéndoles, de vn tercio que avía cobrado, 23 mil y tantos maravedís; y por no se hallar al presente con ellos, no me lo dió, que avn para cumplir los que dió al hermano Ávila, vendió cierta plata que le quedaua, pero dixo que él los buscaría, y los daría. Toméle así en confuso cuenta de lo pasado, según la claridad que él me pudo dar de ello, porque yo no tenía por otra vía ninguna lumbré. Con esta embió la suma del gasto y rescibo desde el año de 52 hasta agora. Los Padres la podrán ver, y auisar acá de lo que fuere necesario. Insté á don Christóval que tuuiese siempre cargo desta hazienda, porque me paresçe que es muy buena cosa, y estará en él mejor que no en otro, y así se quedó con todas las escrituras de los censos y cartas, que no traxe conmigo ninguna de ellas.

5. De allí embié al P. Gonçales á Granada con el poder y carta para el arçobispo ¹, para cobrar aquellas pensiones del doctor Olaue, y para saber la disposición que avrá allí para dar principio, y para que se entienda la afición que tiene el mesmo arçobispo á que vaya la Compañía allá, y lo mesmo el presidente de la chancillería, obispo de Ávila ², para poder informar á V. R. de la disposición que por acá avrá para poder mejor desde allá encaminar el colegio de los morisquitos. Como venga de allá, podremos dar más particular noticia de todo lo que por allá y acá a pasado. Nuestro Señor nos dé á entender enteramente su sancta voluntad y su sancto espíritu, porque perfectamente la cumplamos ³.

6. Parésçeme que conuiene no esperar á dar noticia á V. R. de lo que aquí ay, para otro camino, porque es bien que sepa las muchas quiebras que ay en este edificio, porque antes que de allí salga, pueda mirar y proueer en cómo se suelden; que por gracia de Dios, con auerse hecho elección de lectores para este collegio por diuersas partes, tan bastante como por allá entendí se avía hecho, veo y hallo que casi en ninguna regencia ay lector apropiado para los que en ella ay. Y especialmente no ay hombre en todos ellos que pueda ser prefecto de los studios; los vnos por falta de cabeça, y los otros por tenerla. Roca ⁴ está muy enfermo, y no puede pasar adelante con su lectura; dize que se haze ético; tiene imaginación que la tierra le haze mal; y esta ó semejante imaginación le hizo enfermar en Salamanca y salirse de allí. Tiene muchas tentaciones enojosas y con poca immortificación [*sic*] las lleua.

¹ Petrus Guerrero.

² Didacus de Alaba et Esquivel.

³ Cf. POLANCO, *Chron.* IV, 463, 464.

⁴ Joannes Roca, scholasticus. Cf. POLANCO *Chron.*, IV, 445-447.

7. Marçelo ¹, que avía de tener cargo de todo de buena razón, por sus indisposiciones, creo que nascidas ó sustentadas de sus tentaciones, avn con dificultad puede tener quenta con algunas horas de la más mínima classe.

8. Ramires ² y Benedicto y Jaén ³, hazen lo que pueden, sigúm entiendo, porque parésceme que les falta mucho para poder cumplir con las regencias que tienen á cargo. V. R. procure en todo caso que venga acá Dionisio Vasques y Durán ⁴, para que se pueda remediar esta quiebra. Porque, si la cosa pasa adelante, y no lo remedia nuestro Señor, no tenemos por acá otro remedio, sino hazer vacaciones antes de tiempo, de vna ó dos regencias. Y esto de las vacaciones, creo que es necesaríssimo que las aya por esta tierra por dos ó tres meses de verano, por ser más fuerte en ella que en otra parte. Y si en este tiempo haze tanta impresión en los lectores, que es harto moderado, fácil será jusgar qué tal lo hará en el tiempo de los rezios calores. A Rroca vo procuro de esforçarle y alegrarlo, y paresçe que se a animado algo; mas no es cosa fixa, no es cosa durable, porque me dize que siempre tiene calentura y cámaras, y que a casi dos meses que le dura, y dize que es tentar á Dios el estar aquí.

